mereri. vnde ꝓuerb. v. Imitatores
fue capient impiũ. a fumibus pec
catorum ſuorum conſtringitur

Nicol Etiam iuxta litteram
peccatores moriũtur
ſubito a ex impulſo q̃ capti laqo

Gloſa ⌊Ignis⌋ ꝟ cupiditas.
ſulphur ⌊ꝟ feror ma
loꝝ operum⌋ a ſpũs ꝓcellaꝝ. ⌋ ꝓ
hoc penã eternã iudicij indicat. a
verbera

pctoꝝ **Jeronim⁹** Hoc to
tũ ſm
hiſtoriaz factũ fuit qñ dominꝰ plu
it ſulphur a ignem ſup zodomaz
vt ait apl̃us iudas. in exemplum
ignis eternã factũ fuit. Addidit q̃.
⌊pars calicis eoꝝ:⌋ quare dixit p
tem eorum. quia vnuſquiſq; ꝓ p
tr ſua quaſi de calice iuſtam vindi
ctam recipiet prout geſſit miſeri
as ſuas vt ait ꝓpheta. Reddet deus
vnicuiq; iuxta opera ſua. Et ideo tã
q̃ raõnem reddens quare id fiat
ſubiũcit. ⌊Quã iuſtus dominus⌋ ꝓ
naturam. ⌊a iuſticias⌋ dilexit ⌋ quia
vnunquẽq; ſcdm opus eius ꝓpri
um iudicat ⌊equitatez vidit vultꝰ
eius⌋ vt ſanctis premia: pctoribꝰ
penam **Caſſi** Qbene verſus
tribuat. as a peruerſita
tes hereticorum a malignoꝝ: nec
non retributões ipoꝝ ꝙs iſte mi
rabili breuitate cõplexus eſt. vt
quorum futuras pẽas agnoſcimꝰ
ab eorum prauitate arceamur

Jeroni Qua ꝓpter dño ſuppli
cemꝰ q̃tinꝰ nos voca
tione ſua dignetur efficere dignos.
a non ſm pctã nrã nobis ſupplicia
inferat. ſed ſm magnam miam ſu
am veniam largiatur quia ipſi eſt
cũ eterno patre a ſpũ ſancto honor
a gloria in ſecula ſeculoꝝ Amen

SAluũ me fac

Titulus hꝰ ps talꝰ eſt
In finẽ ps dd pro octa
ua. Senſus eius talis eſt. ps iſte at
tribuitur dauid a fideli tendenti in
finez ꝟ in xpm. a in eodem ps ora
ti ꝓ octaua ꝟ ꝓ die iudicij. de quo
in vi. ps. ſupra
dictum eſt. **Gloſa** Vi
dẽs
em vir ſais multiplicatã vanitatẽ
ſeculi q̃ ſubito timẽs exclamat ꝓ
magnitudine periculi a ait

SAluum me fac domine: ⌋
qui potes ſolus ſaluare.

Lqm̃ defecit sanctus ⌋quantuz ad paucitatem. Causam huius defectus subiungit qm̃ diminute sunt veritates a filijs hominũ **Augustinus** Veritas una est q̃ illustrãtur a illuminantur anime scẽ Sz qm̃ multe sunt anime: ideo in ipsis multe veritates dici pñt. sicut ab vna facie mlte in speculo appẽt ymagines. **Hugo** Triplex em̃ ẽ veritas. iustitie q̃ deficit p auaritiam. a veritas vite que deficit p luxuriaz a quodlibet peccatũ mortale. a veritas doctrine que deficit per superbiam a vanam gloriam Quo hee veritates diminute sunt oñdit consequenter dicẽs. Quana locuti sunt ⌋de terreis Lvnusquisq; ⌋ad decipiendum Lproximũ suum ⌋cui tenetur fi delitatem **Augustinus** proximũ oẽz hoiez oportet intelligi quia nemo est cũ quo sit operandũ maluz Labia dolosa ⌋ supple habent ꝙ bilingues sunt. quia Lin corde a corde locuti sunt ⌋habentes aliud in cogitatione q̃ loquantur ore. **Cassiodo** Quociens volumus dolosos exprimere duplicia eoruz corda declaramus Sic a bilingues dicimus qui in vna sententia mime perseuerãt **hu** deinde subiungit non optã do sed ꝓphetando qđ futurũ est dicens. Disperdat dñs ⌋ꝙ disperdet. Lvniuersa labia dolosa a linguã magniloqm ⌋ꝙ superbiaz. maxime illorum: qui dixerunt arrogantes Linguaz nrãm magnificabim⁹ ⌋ꝙ opera dicta a nosipos iactanter laudando Labia nostra à nobis sunt ⌋. q̃si dicerent a nobis metipsis habemus a scienciam a dominũ Lquis ergo noster dom⁹ est. c ⌋quasi dicant nullus. **Cassi** Hoc superbi habent ꝑ pruũ q dominũ super se despiciunt. a in prosperis rebus nimiam loquacitatez turgentes gloriam suam exaltare presumũt. a ponunt in ꝓpria potestate quod se a deo non intelligunt accepisse. **hugo** Magnificare etiam qui dem student suam linguam qui verba subtilia loqui conantur. vt videantur sapientes q̃ vt dicit Jeronimus obducto supercilio grandia verba cruciantes interpretes mulierculas: de sacris litteris philosophantur. Dei de ꝓphetavoce dei patris ꝓmittit xp̃i incarnationem dicens. Lꝓpter miseriam inopum a gemitũ pauperuz. **Jeronimus** q̃ erãt miseri nisi cuncti gñaliter hoies in pcõ nati ac ꝓhoc in inferno progeniti. Et qui pauperes gementes nisi antiqui pres in claustris inferni detenti ꝓpter peccatũ primi parẽtis. c ꝓpter hos liberandos Lnũc ⌋in tẽpore gracie Lexurgam dicit dñs ⌋ videlicet deus pater. hoc est mittaz filiũ meũ q̃ eos redimat a illos q̃ miseria sunt in mundo a eos qui in inferno cõmorantur. qđ ita factuz est. Quonã in salutari me o ⌋ꝙ in filio meo incarnato. dixit in salutari. a non dixit. quid ponam. subaudiatur salutẽ gentiuz. et adhuc

quíd poñam contra gemítuz. eleti
am. contra paupertatem diuici
as ſpūales ⌊fiduciale ⌋ potēciale
Caſſi quia poteſtas patris fi
liij fiducia eſt. ſicut filij fi
ducia ptās eſt patris. ⌊agā i eo⌋
Gloſa quia michil ei reſiſtet
qui etiam docebit nō
q̄ ſcribe. ⁊ phariſei. ſed tanq̄ ptā
tem habens. ⁊ addens legi: ⁊ mu
tans quedam p̄ uoluntate ſua: vt
auctor legis. ⁊ poſt verba p̄ſis pre
dicta ꝓpheta in perſona ſua cōmē
dat verba predicacōnis criſti: oñ
dens eorum ſinceritatem. ⁊ vtilita
tem. quaſi dicat. pater mittet filiū
⌊et eloquia dn̄i ⌋ ⁊ xp̄i ſunt ⌊elo
quia casta **Caſſi** que nullū mendaci
um corrūpat nulla
macula falſitatis inficiat. vel ſimu
lationis culpa corrumpat.

Auguſtinus Multi predi
cant veritatem ſed non caſte quia vendūt illā
precio cōmoditatum huiꝰ ſeculi
hu Deinde commēdat eloquia
dn̄i. a dulcedine ſonitus
dicens. ⌊argentum ⌋ domini eloquia
dn̄i eſt ⌊igne examinatum. ⌋ quia
dn̄i eloquia per tribulationuz
ignem probata ſunt. Eloquiuz ve
ro diuinū. ideo comparatū ē ar
gento. quia ſicut inter omnia me
talla nil eſt quod dulcius timiat ar
gento. ita inter omnia eloquia ſer
mo diuinus ſonat humane men
ti. Et illud argentum eſt ⌊pbatum
terre ⌋ ⁊ a terra. .ſ. mi terremitatis
habens. Et ponitur gemitiuus pro
ablatiuo more greco. Et ē ⌊purga
tum ſeptuplum ⌋ ⁊ perfecte Septe
narius enī nūerus pfectōnem. ⁊ v
niuerſitatem ſignificat. Vel ē pur
gatum ſeptuplum ⁊ per ſeptem do
na ſpiritus ſancti. viz p timorē dei.
p pietatem. p ſciam. p fortitudinē
p conſiliū p intellectum. per ſapiē
tiam. per que diuinū eloquiū ſplē
det. dum verbi dei predicatōes his
donis re**Caſſi** fulgent Sicut enim ſupe
rius dixit. diſperdat dominus vniuerſa labia dolo
ſa. Ita conuerſaturum dominū p
mittit omnes qui eloquiꝫ eiuꝰ pu
ra mente credidērit Vnde ſubdit
hugo Tu domine ⌊cuiuꝰ elo
quia ſūt casta. ⌊ſeruab
nos ⌋ p tua eloq̄a a malo ⌊⁊ cuſto
dies nos ⌋ in bono ⌊a gn̄acōe hac⌋
Caſ id eſt a pcōtib⁹ huiꝰ mū
di. addit q̄ ⌊i eternū ⌋ quia
hic nos in tribulacōib⁹ conſolat
ibi in eterna ſecuritate conſtituet.
hic adiuuat. ibi glorificat. ⁊ coro
nat. Ita nos piiſſimus creator ꝟ
conſeruat ne pereamuſ. ⁊ ibi beati
ficat vt nullatenus miſeri eſſe poſ
ſimus. Quid enim tam bonis q̄p
malis fiat. in concluſione huiꝰ ps
ſub breuiſſima ſententia oſtendit
dicens In circuitu impij ambulāt
Auguſtinus ⁊ in tempo
raliū rerum
cupiditate. q̄ ſeptē diez repeticioē
tanq̄ in rota voluūtur. ⁊ ideo nō p
ueniunt in octauum. id eſt in illū
eternū quod habitur in octaua. de
qua iſte p̄s intitulatus eſt de hoc
circuitu dicit ſalomon in puer. vē
tilator impioꝝ ē rex ſapiēs. ⁊ in

mittit illis rotā maloꝝ ⁊ ambitiꝫ temporaliū q̄ tanq̄ rota volunt

Hugo Sicut enim ille q̄ ambulat in circuitu spē q̄ in principio motus sui a semp habet ad ambulandū. Sic ipi habent sp circa quod negocient. de quibus dicit ꝓpheta in alio ꝑsal. deus meus pone illos vt rotā. Sequitur scd̄m altitudinem tuam

Glosa ⁊ in virtutibus p q̄s facis eos ascēdē ad te altū contemplandū. multiplicasti filios hominū. hoc ideo adiunxit. quia est multiplicatio in tēpalibus que auertit ab vnitate dei. ꝫ iusti mltiplicantur ꝑm altitudinē q̄ vadunt de virtute in virtutem

Jeronimus Vel mltiplicasti filios hominū: iuxta abundantiam mie tue. q̄ multiplicatur ecclā. hoc ē de pietate a mia ipsius: cui in retributione ipi? future beatitudis ꝓmissa tua ꝓcipientes. conformes effecti fuerint corporis glorie tue: cui cū eterno patre a spū sancto ē honor a gloria in secula seculoꝝ. Amē

Usqquo dñe Titulus huius ps talis est In finē ps dauid: q̄ patet ex

Hugo In hoc ps prēdās. oñdit mistice desideriū moderno patrum desiderantium scd̄m aduentū xpi.

Glosa Quanto enī desiderio antiqui ꝓres desiderauerunt primū xpi aduentū tanto moderni cupiūt secundū iuxta illd

Cupio dissolui a esse cū xpo ex ꝑsona igitur fidelium secundū aduentū xpi optantiū vt cū deo beate viuant. ꝓpheta sic ait.

Usqueq̄ dñe obliuiscēris me. et nō vsq̄ in finem ⁊ vsq̄ in diem iudicij. vel vsq̄ ad mortē Usqquo auertis faciē tuā a me ⁊ faciez glorie tue quā sancti in gloria celesti speculantur. More nostro loq̄tur scriptura cum dicit deum obliuisci a auertere faciem. hoc autem non iuxta rei ꝓprietatē ꝫ p creaturaꝝ similitudinē dī. In deū q̄ppe obliuio non cadit nec aliqua ꝓmutatio. Quā diu ponaz consilia in aia mea. Consilio non ē op? nisi in aduersis. Et est sensus q̄ diu ponam cōsilia in aia mea ⁊ q̄ diu ego in aduersis. a quā diu ponam dolorem in corde meo ꝑ peccatis meis a ꝑ incolatu ꝑnis miserie ꝑ diem.

Cass. ⁊ ꝑ singulos dies vt absolute cōtinuatio temporis possit intelligi Usq̄q̄ exaltabitur inimicus meus sup̄ me

Augustinus Inimicus ē diabol? vel ꝓsuetudo carnalis. **hugo** vt ait hec tollantur a me respice oculo mie miseriā meā a ex audi me deus me? me hūiliter deprecantē Illūia ⁊ intellectū oculos meos **Ric.** a aff ēm. ne vnquā. dicetero obdormiā in morte mōl. ex ꝑ plōgādo pnāz vsq̄ ad mortē **Hu** dormit in morte q̄ frequentem terlabit a resurgit. obdormit ait **Cassi.** Oculos obstinatus. autem

cordis hic debemus aduertere qui in mortem dormiūt: quando fidei lumine sepulto carnali delectatione dauduntur · ipse est somnus de quo letatur inimicus · vnde subditur · ⌊ne quando.⌋

Jeronim⁹ hoc est in futuro iudicio ⌊dicat inimicus preualui⌋ temptando ⌊aduersus eum⌋

Hugo Inimicus diabolus primo inuadit hominem temptando in suggestione · lucratur eum in delectatione · paulatim in consensu · indurat in actu · precipitat in consuetudine · a preualz in morte quādo s. homo obdormit in peccato mortali · ⌊Qui tribulāt me⌋ s. demones qui me vexant temptationibus ⌊exultabunt si mot⁹ fuero⌋ a veritate fidei pretendo consensum suggestioni Sicut enī gaudium est in celis super vno peccatore penitenciā agente · ita gaudiū est demonibus super vna anima mortale pctm̄ perpetrante · Sed nō mouebor q̄a ⌊ego in misericordia tua speraui⌋ Nam vt dicitur treni. iij · Via dn̄i est q̄ si fuimus obstupti.

Nicolaus ⌊exultabit cor meū⌋ leticia interiori · ⌊in salutari tuo⌋ a in christo qui venit saluare mundum · ⌊cantabo domino⌋ in leticia exteriori ipm laudādo ⌊qui bona tribuit mihi · ⌋

Augustinus hoc spiritu alia nō ad humanū diez pertinentia ⌊a psallam nomini domini altissimi cum deuota grā tuactione⌋ **Jheroni** Merito dne ihe su xpe noi tuo psallitur · q̄ das pietatem a iustis victoriam prestas a pctores ad te cōuertētes iuitas tibi gloria est cum eterno patre a spū sancto in scla seculoz · Amen

Dixit insipiēs Titulus talis ē Jn finē ps dauid · Jn hoc ps p pheta oñdit q xp̄s q̄ tam desideratus erat a iudeis antq̄ veniret contemptus ē ab eis q̄n venit Et iō primo propheta increpat insipientiam a duriciam iudeoz · q̄ viso xp̄o ipsū esse deū minime credidērunt.

Glosa est āt sensus tituli p̄s iste dirigens nos in finem a in cristū est dauid pphēte · Intendit enī ostutare iudeos christi contēptores cuius populi duriciā pphēta increpans ait.

Dixit insipiēs ⌋ **Hugo** populus iudeoruz translatio hebrayca habet · dixit stultus ⌊in corde suo⌋ non credēdo · ⌊non est deus⌋ a hic hō nō est de⁹

Jeronimus Vnus ex eis non solū pro deo non habuit · sed nec pphētam credidit cū dixit · hic si esset propheta sciret q a qualis ē mulier q̄ tangit eū quia peccatrix est · Et alter si filius dei ē descendat nūc de cruce

hugo ⌊Corrupti sūt⌋ cecitate infidelitatis ⌊et abominabiles⌋ id est reprobi ⌊facti sūt⌋ aps deuz in studijs suis a pter dolosas machinatōes suas q̄b⁹ studebāt quō ihe quē locū · gre gorij · xv · mo

raliū exponit de reprobis ob amorem visibilium de deo peruersa sentientibus dicens. Dixit insipiēs in corde suo non est deus. Carnales viri iussa spiritualia contēnentes. deum quia corporaliter nō vident quandoq; ad hoc peruenīunt vt etiam non esse suspicentur. per omne enim quod faciunt ad finez oculorum tendunt. a quia in deuz oculos corporis tenere non possūt ei obsequia prebere despiciunt vel si ceperint fatigātur. **Augustinus** Et hij corrupti sunt a abhominabiles. id est odibiles facti sunt deo in studijs suis. id est in affectionib9 suis amando seculum a non deum Ipse sunt affectiones que corrumpunt animam a sic excecant vt possit etiam dicere imprudens in corde suo. non est deus: non est q̄ faciat bonū non est vsq; ad vnū. **Cassiodorus** Quid ergo dicem9 de patriarchis. Nōne bonū fecit Noe cuz dñi preceptis obediens in archā saluand9 intrauit. c. Nonne bonū fecit Abraham cū filiū suū obediens diuinis iussionibus obtulit in olandum. c Nonne bonum fecit Job qui dura passione percussus in omnib9 gratias domino cantauit. c Quid dicam de ꝓphetis a apostolis qui mandatis domini famulantes seipos gloriosis moribus obtulerūt. c. Fiūt a hobie domino largiente iustorū operatione: que bona sunt. **Hugo** Sed sciendum q̄ li vnuz ponitur exclusiue a significat xp̄m. vt sit sensus a ñ est vsq; ad vnū. v. p̄ter vnū. s. xp̄m **Augustinus** Et ille ē melior intellēs vt nemo intelligatur fecisse bonitatem p̄ter xp̄m q̄ nō p̄t q̄sq; hō facere bonitatē ñ ipse mōstrauerit **Cassiodorus** Reuera solus est christus sine quo bonū aliq8 vel incipere vel implere imbecillitas hūana nō p̄ualet. a nisi vsq; ad ipsū fuerit ei9 miseratione peruentum. Ipe est finis q̄ in titulo h9 p̄s est, premiss9 **Hugo** Et q̄ non est qui faciat bonum hoc cō seqñter probat dicēs. Dñs de celo. v. de hūana natura quam assumpsit. **Glosa** ꝓspexit intendēs super filios hōm. v. iudeos. **Cassiodorus** quos honoratius appellat filios hominum propter vnius dei cultū cōparatione gentilium ad hoc prospexit vt videat. id est videri faciat: si est intelligens xp̄m esse deum qui intelligi debuisset esse deus. quia multis miracul' aduentum sue diuinitatis ostēdit aut requirens deum: mandata eius seruando. Ille enī req̄rit deū qui ab eius voluntate non discrepat a hoc non mouemur Quia Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Omnes iudei dicuntur declinasse: cum tamē ex eis ñ minima turba crediderit Sz a parte totum intelligendū ē. vt intelligant oēs. v. multi de omnibus. Tanti enim impij fuerunt. vt pene oēs p̄sibi esse

ac periſſe putarent. Iſti ergo declinauerunt a gracia dei a ſunt facti inutiles ſibi. hoc a de amatoribus ſeculi pt legi. **Nico** omnes declinauerūt a recto die iuſticie. ſimul inutiles facti ſūt dicitur autē res inutilis que nō valet ad finem intentum ſicut medicina que non valet ad ſanitatē homo autem ordinatur ad felicitatem eternaz poſſidendā ad quā iſti ſunt inepti qz nō eſt q̄ faciat bonum. ſ. meritorium licet faciat aliqñ aliquid bonum de genere. In eſt vſqz ad **Colle.** qui nec ſolū vnum. eſt qui operatur bonum meritorium ad ſalutē. de illis qui ſunt conſtituti in peccato mortali & extra caritatem viz extra deum tanq̄ cōtrarius deo per voluntatē peccandi. vnde dicit papa in decretis de pnīa diſtinctione. iij. Nihil prodeſt hominī ieiunare & orare ac alia religionis opera exercere niſi mens ei⁹ ab iniquitate reuocetur. **Raymū.** Et licz botena opa non proſint meritorie ad ſalutez. valent tamē ad aliquid viz ad extremi iudicij ſuppliciū tolerabiliꝰ ſubeundum. ad obtinendum tpalem pſperitatem. qz nullum bonū manet irremuneratuz vel hic. vel in futuro Et ad hoc vt citi⁹ illuſtretur grā dei cor peccatoris ad pnīaz

Glo. Qualiter aūt illi qui dedinauerūt inutiles fācti ſunt. aliis & ſibi. cōſequenter oſtēdit Et pmo qualiter facti ſūt aliis inutiles dicens. Sepulcrum patēs ē guttur eorum. **Auguſti** Autoritas ſignificatur inhiantis gule. aut allegorice dictum eſt quia illos occidunt in fetidis ſermonibꝰ et quaſi deuorant eos quibus ſuorum morum puerſitatē pſuadēt.

Caſſio. Nam ſicut ſepulcruz cum patet fetidos exhalat odores. Ita iſtorum guttur. ſermones peſtiferos. linguis ſuis doloſe agebant. adulando.

Auguſti Comes eſt voracibus adulacio et omnibus malis. venenū aſpidum ſub labijs eorum. venenum dicit dolum aſpidum qz nolunt audire precepta legis ſic aſpides nolunt audire verba incantantis quod in alio pō euidentius dicitur. Quorum os maledictione et amaritudine ple **Caſſi.** Venenum enim nū eſt. dictū eſt ab eo qz per venas ſerpat ſic & vota malignorum occulta cogitatione graſſantur. Graſſari eſt crudeliter agere latrocinari impiguare. veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. & expedita prompti ſūt pro conſuetudine malefaciendi ꝺ quib⁹ dicitur pueꝺ pedes eorū ad malum currūt vt effundant ſāguinem. Deinde oſtendit qualiter predicti inutiles ſibi fuerunt dicēs. Contricio. & dolor. Et infelicitas. id eſt miſeria. in vijs eorum. id eſt in operibus

Auguſti. Omnes enim malorum hominum vie plene ſunt laboribus et miſeria.

Glo Et recte via impio cũ cõtricio et infelicitas dicitur. contricio quia terit et teritꝫ cũ aliis nocẽta sibi Infelicitas quia ad infernum ducit Idem. cassiod. a quibus viis non reuertent ma li. quia Lviã Hugo v pẽitẽtiaz que ducit ad pacem Lnon cognouerũt dicitur autem pẽitentia recte via pacis quia p pẽitentiam a nõ aliter venit homo ad pacem dei

Glo Vel sp̃aliter potest accipi de iudeis qõ dictum est quoniam dolose agebant contra chri Cassi. quoruz os mastum. ledictione plenum erat. quando pro bonis ãmonicõmibus blasphemabant dominum et de eius morte tractabant.

Glo Et ideo contricio et infelicitas in viis eorum quia pro suis operibus cõtriti sunt peccatum a vespasianum Vnde et infelices sunt quia vbiqꝫ dispersi sunt Vel contricio est modo in viis eorum quia christus lapis angularis cadens sup eos contrit eos per exacerbationem. a infelicitas erit eis in inferno cum anima a corpe dãpnabuntur. quia viam pacis id christum non cognouerũt qui venit eos reconciliari dõ Idẽ cassio. Precedentibus tribus subiuncta est sententia que pulcre cuncta cõcluderet Vnde dicit non ẽ timor dei ante oculos eorum hoc est deum non timent. Nico Scriptum ẽ enim. proverbio. xv. Per timorez domini declinat a malo omnis homo Et ideo subtracto huius timoris retinaculo ruerunt homines ad malum sine freno de inde ponit penas predictorum sub interrogatione dicẽs L Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatez Lac si dicat none timent de suis malis in futuro puniri qui nunc operantur sub libertate malitiam. immo tunc cognoscent q̃a sicut dicit gregorius oculos quos culpa claudit pena aperit.

Hugo Lqui deuorant plebẽ meam Lseducendo aspoliando aut Augusti. de occidendo. uorant autem populum qui sua commoda ex illo capiunt non referentes ministerium suum ad gloriaz dei et ad eorum salutem quibus presunt. Et addit Lsic esca panis Lv q̃tidie. Cibus em̃ panis q̃tidianus Glo sic a illi q̃tidiana ra est. pina simplices xp̃ianos absorbẽt sic dom̃ p ysa. iij. ait Vos depasti estis vineã paupis. rapina paupis i domo vrã qr atteritis pplm meum a facies paupis comeditis Cur hoc faciũt. qr L nõ nõ inuocauerũt. Augul. hũc inuocat qui ea desiderat q̃ illi displicent Et qr vere nõ inuocauerũt deũ Jõ Lille trepidauerũt timore vbi nõ erat timor Lvi dãpno rex tpaliũ Timuerũt ei iudei pdẽ regnũ trenũ dicẽtes Si relinqm̃ eũ sic omis credẽt in eũ a venient rõmi et tollant nrm locum a gentẽ. Timuerunt regnum terrenũ amittere qd nõ erat timor

et regnū celoꝝ ā miserīt qꝫ timere debuerant Et hoc de omnib⁹ cōmo dis tpalibus ē intelligendū quoꝝ amissionē cū timent homines ad eēna nō veniunt **Grego** Vij°libro .moraliū Sunt pleriqꝫ pcōꝝ suoꝝ cōsciī a ea q̄ possident īdigentib⁹largiri desiderant ſ tamē ne datis rebus egeant ipsi formīdāt cūqꝫ carnis subsidia reseruādo trepidi prepa rant ab alimētis mie aīam necāt Et cum pati īopiaꝫ in eēa metu unt eternaꝫ abundantiā supne ēfectiōis amittūt **Glosa** Ostensa sen tentia damnationis illoꝝ q̄ deuorant plebē dn̄ ꝑpha specialiter loquit̄ adue sus iudeos dicēs .ovos iudei scitote q̄m dn̄s in generatione iusta est **Augul** .ꝙ nō est in eis q̄ di ligunt seculū. Inius tum ē em̄ relinquē sclꝝ obitorē et diligere sclm Cōsiliū īopis cō fudisti .ꝙ otempsisti humilem ad uentum dei filij qm̄ in eo nō vidisti pompā **Hugo** Et hꝰ secutis seculi .qm̄ dom̄ⁱ spes eius est .ꝙ qđ dicebat in solo do sperandū esse Vñ ipsi dicebāt Mat. xxvi. Cōfidit ī dño libēt nē eum si vult. **Glosa** Postremo iu .deoꝝ uersio ponit̄ q̄ fiet cum plenitudo gentiū intrauerit vnde sequit quis dabit ex sion .ꝙ de iudeis ꝓcedens salutā re israhel .ꝙ saluabit ꝓplm israheli ticum ū supple ille quem vos iudei humilem spreuistis **Augꝰ** .Ipse enim ventilatus est ad iudicium vīnoꝝ et moꝝ **Calb** Et tunc cū cōuer tuerit dominus ie sus christus captiuitatem plebis sue .ꝙ cum damnauerit diabolum qui dei plebē impia crudelitate p sequitur a captiuaē festinat exul tabit iacob et letabitur israhel in nouissimis temporibus saluari **Augul** Repetitō est sicut solet fieri .Nā ideꝝ puto esse letabitur israhel quod est exultabit **Calb** Ipse est iacob q̄ israhel sed hic iacob illic israhel hic supplan tatoꝝ viciorum et illic videns deum facie ad faciem quando erit deus omnia in omnibus qui hic relictis secularibus mente dominum con tuetur quod nobis tribuē digne tur vt actu iacob effecti supplātā tis vicijs et veri israhelite ipsum mēte videre . corde retinere mereā mur cui cum eterno patre et spiri tusancto est honor a gloria in secu la seculorum Amen.

Omine quis

habitat Titulus tal est ps̄. 68 ptz autoꝝ ps̄ Glosa. Iste ps̄. proprie est instructorius mo rum et presumptionis repressio. In quo agitur de vnitate presētis eccē a de futura q̄ete Prophēta ei preuidens in spiritu corpalem in habitationem maloꝝ cū homīs in sancta ecclesia et retūdens presūp tionez maloꝝ q̄ se gloriant̄ esse de eccā q̄rit q̄s in pñti eccā digne do

militet et in futura sit beatitudine
quietus Vñ dicit. dñe qs habitabit
digne in tabernaculo tuo vel in pñ
ti ecclā vbi extra diabolū dimica?.

Augusti Quia si taberna
culuz aliqñ p ha
bitatione ecclie pomit tñ ppe ē belli
atq militantium vñ a cōtaberna
les milites dicunt tanq simul ha
bentes tabernacula Hic autez sen
sus abiunat ex eo qd trāslatio he
braica habet dñe quis pegrina
bit in tentorio tuo. ad tēpus enim
dimicam? cū diabolo a tūc opus
habem? tabernaculo quo nos refi
ciamus. aut qs requiesc̄et in mō
te scō **Glosa** vel in eterna be
tuo atitudie vbi ē
visio pacis et supereminēcia cari
tatis vbi nullus in agone credit.
sed in eterna pace requiesc̄et.

Hugo pheta doctus a dño
fue questiom tñdet
que tñsio cōtinet. x. effectus virtu
tū in exemplū decalogi quatū vij.
prime pertinent ad pfectos a tres
vltie ad imperfectos p quas homo
digne habitat in eccīa militante
a tandem p easdem requiesc̄et in
eccā triumphante Prim? em effe
ctus dictaz virtutuz talis ē. Qui
ingredit viz. eccīam sine macula
mōlis peccati qa sine minutis eē
nō possum?. Vñ leuitici. xxi. preci
pit q nullus hñs maculam acce
dat ad ministerium dūinum.

Jero Sed dicere aliqs potrāt
Nō habeo maculam nō
feci malum Nō em nobis sufficit
malū nō facere ñ fecerim? bonū vñ
sequit sēm opus virtutis a opa
tur iustica vel bona opa: custodie
do mandata dei Seqtur effectus ter
tie virtutis **Mico** Qui loquit ve
ritatem prout
existit in corde suo. a hoc facit que
dam virtus q a pho. iiij. ethicoruz
vocatur veritas p quā homo se ta
lem in factis a in verbis ostendit
exterius qualis est interius. Seq
tur effectus virtutis quartus qui
non egit dolum in lingua sua. ali
um verbis decipiendo. Quintus ē
Nec fec̄ primo suo malū in facto
Jero Quidam proximum pu
tant fratrem esse aut vi
cinū aut cognatum Proxim? no
ster omnis homo christianus est
de q dñs dicit. dilige proximuz tu
um sicut teipsum. Sextus effectus
est a opprobrium non accepit ad
uersus proximos suos.

Jero vel opprobrium detractio
nis de fratrib? non acce
ptauit Tūc non accipis opprobri
um de proximis dictum si pri? nō
credis antequ probas illd ee verū

Hugo Ac si dicat non vult
audire verba detracti
onis quia sēm Jeronimum si de
est audito? de est et detractor Seq
tur effectus septim? Is mihilum
deductus est in cōspectu eius ma
lignus vel non est acceptus in con
spectu hoīs viri nec alicuius repu
tatio **Jero** Nam in ecclesia qui
nis. cuncq malus est in
conspectu sā pro mihilo reputat.

Mico Quia sm veritatē non ē
aliquo honore dignus

eo ꝙ honor referendus est alicui i testimoniū siue virtutis vt habet quarto ethicorum Et quia timor est comes virtutum ideo adiungi tur timentes autem dominum puro corde & vere virtuosos glificat eos manifeste & publice honorando Reuerencia enim delata alicui in testimoniuz siue virtutis etiam in secreto vel coraz paucis dicitur honor Si autē hoc fiat publice vel coram multis dicit gloria quasi quedam dilata. g mutata in c a data ritate dicta. **Augusti** Sic illa vitiosa opera virtutum ptinent ad pfectos. Ita ea que nunc dicturus est ptinent ad incipientes & imperfectos Sequitur ergo. viij. virtus.

Nicol Qui iurat primo suo et non decipit & qui facit iuramentum bonū et tenet implendo illud. In trāslacōne hebraica habetur sic iurat vt se affligat p ieiunia & vigilias: carnē castigando. & non mutat. s. iuramentū seruando. tamen ibi ponit iuramētū pro voto qvtzqz est obligatoriū

Hugo Et hec virtus ē imperfectoruz quia dominus precepit pfectis ommino nō iurare. Virtus. ix. est qui pecuniā suam non dedit ad vsuram.

Cassi Duobus modis in sctipturis sanctis pecunia probatur intelligi. Vna est ista metallica que ad vsuram ommino dari prohibetur. quoniaz vicium cupiditatis est exigere velle quod te nescias cōmodasse. Altera vo ē ḡm ad vsurā dare euangelio docē te suademus & predicationes sanctissimas & instituta diuina. ait ei Sciebas me hominem durum et austerum nonne oportuerat te cōmittere pecuniam meam numulariis & ego veniens exegissez vtiqz quod meum est cum vsura.

Jero Multi nolunt illam donare si exinde precium nō recipiūnt Tamē licet victum et vestitum de ista predicatione accipere sicut paulus dicit. Qui euangelium predicant de euangelio viuere debent Et dominus ait. Dignus est operarius cibo suo. sed qui plus requirere voluerit in vsura reputatur. Hec virtus etiaz imperfectoruz est quia et si non peccat ꝺs eo ꝙ ḡntū debit tātū recipit tamen perfectio non est quia dictuz est ſſtrāge esurienti panē tuuz Et beatius est magis dare ꝙ accipere. vsqueq ad ista peruenit minor est a perfectione. Sequitur decima virtus et munera super innocentes non accepit. **Hugo** id est causam innocentis non deprimit vel retardauit pro munere alicuius. Quod etiam imperfectorum est quia debemus etiam si possumus innocentes liberare & promouere. **Cas** Expositis. x. virtutibus propheta cōcludit dicens Qui facit hec ſſ. Nō dixit qui cātat hec vt nos ad actualem virtutez constringeret ne secreta tanti misteriī intenti sol cantibus imitemur a deo non diuidet in

eternum qs solis sanctis prestat

Iero Que si quis irreprehensibi liter in moribus custodierit non solum in cōmotione eterni iudicis securus erit. Vez etiaz ipsum montem possidere merebitur in christo iesu domino nostro cui cum patre a spiritusancto est honor a gloria in secula seculoruz Amen.

Q Onfua me domine. Huic pō prepo nitur talis titulus Titu li inscriptio ipsi dauid. **Glo** Hic titulus .de euāgelio. nō de veteri lege sumit. In euangelio enī legitur q crucifixo domino pylatus talem titulū cruci affixit Jesus nazarenus rex iudeoruz quē cum multi iudeorum vellent delere dicentes. noli scribere rex iudeoruz sed scribe quia dixit rex sū iudeoz Respondit pylatus Quod scripsi: scripsi. **Hugo** Que verbi gemi nacio regni xpi confirmationem notauit. Quod intelligens esdras p spiritū sanctū huic pō titulum apposuit predictū ostendens esse agendum in eo dez pō de regno christi p illam inscri ptionem. **Iero** Tres enim fuit signati. tituli q scribun tur. Vnus exequialis sup tumu los mortuorum alius preconialis vt in portis ciuitatis vl domorum ad laudem fundatorum. Tertius triumphalis i victoria regis. Hic ergo titulus victorie regis est. h° est. christi: qui rex est a post victo riam eius a post victum dyabolū redempto genē humano scriptus fuit hebraice grece et latine.

Glosa Vt ostēderetur rex esse omniuz vere iu deorum a vere confitenciuz ipsiuz Sensus ergo predicti tituli talis ē Inscripcō tituli id est victoria a regnum quod inscriptio tituli cruci affixa notauit attribuit vel conuenit dauid id est christo dauid emiz manu fortis interpretatur et xps sua fortitudine diabolū vicit.

Casti Est autem hic pō secū dus eorum qui passionem domini breuiter tangunt a resurrectionem. **Nico** Quem beatus .petrus ad intelligendum scripturas diuinitus illustratus dicit intelligendum esse de christo actuum sedo. vbi magnam partem eiusdem pō de christo exponit in cōfirmationem sue resurrectionis dicens. Prouidebā dominum ac̄. Vsqz in finem pō.

Casti christus ergo ex humanitate susceptа verba fac ad pēm obseruari se petēs a d.

Q onserua me dñe. **Nico** Per talez modū loquebatur christus homo do patri Mathei vicesimo sexto. Transeat a me calix iste quoniaz speraui in te licet in christo non fuerit spes prout est virtus theorica eo q ab instanti conceptionis fruebatur fruicione beata. tamen in christo fuit spes glorie corporis añ resurrectionē ēm a deo expectabat. dixi domio patri deus meus es tu. Sic

loquebatur patri in sua passione
Helyhelylamazabatani quod est
interpretatum deus meus deus me⁹
vt quid dereliquisti me quoniam
bonorum meorum nō eges. deus
enim pater nullo bono creato eget
Et ideo non eget bono ipsius xpi
vt homi-

hugo Postq̄ oauit
nis. christus ostē
dit que bona cōtulit ei deus pater
mutans psonas loquendo a sedā
in tertiaz ad signandū in christo
duas naturas vnde dicit Sanctis
qui sunt in terra eius. v. apostolis
alijs q̄ fidelibus qui in terra vi
uentium spem suaz posuerūt mira
ficauit. v. miras fecit et ostendit de
us pater omnes voluntates meas
vt omnes voluntates christi refe rū
tur ad duo. a. ad voluntatem mori
endi a resurgendi quia ipse voluit
mori ppter delicta nostra. a. resurge
re ppter iustificationes nostras sic
dicit apostolus

Augusti. ad rō. iiij.
Dis ergo sanctis miras fecit oēs
voluntates meas in eis. v. pfectu eo
rū quo senserūt q̄ eis pfuerit hu
manitas diuinitatis me et mo
rer a diuinitas humanitatis vt re
surge

Nico. rem. Vel deus pī oēs
sti in sanctis apostolis a apostoli
cis viris mirabiles fecit illustran
do eos scientia ad predicandum vo
luntates suas. a. confirmando mi
raculis predicationes eoruz Et q̄
per predicationem apostolorum
conuerse sunt gentes ad fidē que
prius erant ydolatrie debite. Job
subditur Multiplicate sūt infirmi
tates eōrum. v. infirmitates ydola
trie gentilium. quod patz ex trās
latione Jeronimi. iuxta hebreum
vbi dicitur multiplicabuntur ido
la eorum postea acceleraueruūt q̄
dimissis ydolis ad fidez christi ve
lociter cucurrerunt: in deis ēmanē
tibus in infidelitate p maiori par
te. Non congregabo cōuenticula
id est delubra. Delubrum dicitur
templum ydolorum vbi conueni
ebant ad colendum ydola de san
guinibus quia fiebat sacrificium
ydolis de sanguinibus animaliuz
et aliquando de sanguinibus ho
minum. Talia conuenticula chri
stus per apostolos non congrega
uit sed magis dissipauit nec me
mor ero noīm eorū per labia mea.

Augusti. Sz spūali pmuta
tione obliuiscent
gentiles quid fuerint nec a me ia
peccatores vel inimici sed iusti et
fratres mei a filij dei vocabuntur
per pacem

Cassi. meam. Quia postq̄
sacris fonti
bus sunt renati pristinis eoz no
minibus deletis appellati sūt chri
stiani filij dei a amici sponsi id est
xpi Populi ita auersus derelictis
mūdi vanitatib⁹ sequent dicit

Nico. Dominus pars here
ditatis mee quia con
uersi ad fidem elegerunt dominū
ihesum christuz pro parte sua he
reditaria a calicis mei id est passi
onis mee que per calicem in scrip
tura designat. vñ saluator de sua
passione dicit Mat. xxvij. Si non

potest hic calix transire nisi biba
ilum ac̃. Multi autem gẽtiles an
te conuersionẽ xp̃m persequẽtes
postea conuersi amore xp̃i ad pas
sionem se ꝓmpte alacriter obtu
lerũt a hoc ꝓpter spem hereditatis
eterne cõsequende. Ideo subditur
tu es q̃ restitues hereditatem me
am mi. **Cas** hereditas aũt xp̃i
chi. est p̃destinata mẽ
titudo scõꝝ vnde em̃ dicit̃ in ps̃. ij.
postula a me et dabo tibi gentes in
hereditatem. **Nico** Funes ce
ciderũt mi
hi in predaris ꝙ in aplis qui pre
ceteris fuerunt a spiritu sancto illu
minati ipsi p sortes missi fuerũt
ad p̃dicandũ Que sortes aplorꝝ
p funes intelliguntur vnde in libro
iosue sortes ꝑ tribuũ nominatur
frequẽter ibi funiculi a funes. Et
loquit̃ hic scriptura in psona xp̃i
trãseundo de mẽbris ad caput etc
nim hereditas mea predara ẽ in
ecclia fidelium que vocatur here
ditas xp̃i sicut scribitur Jhere. v.
ca°. Qui fecit omnia ipse est a istra
hel sceptrum hereditatis eius. dñs
exercituum no
men eius. **Hugo** Sup
dictũ
em̃ ꝛsiculum confitentur clerici
quando accipiunt benedictionẽ co
rone dicentes. dominus pars he
ditas mee et ca
licis mei. **Aug⁹** Tale ẽ
ac si di
cerẽt. Eligãt alij sibi ptes frenas
et tẽpales quibus fruant̃. porcio
mea eternus dominꝰ est Ut bibãt
alij mortiferas voluptates porcio
calicis mei dominus est tu es qui
restitues hereditatem meã mihi.

Jero Restituet deus pater he
reditatem christi quan
do electos suos. corpus videlicet
sancte ecclesie ab illaꝝ integritatẽ
attraxerit vt post resurrectionẽ ac
ceptis corporibus suis incorrupti
et immortales viuant quia illam
immortalitatẽ in adam pdiderũt.
Funes ceciderũt mihi in predaris
Jero ꝙ funes quibus limitat̃
et diuidit̃ hereditas te
rena intelliguntur sortes diuine ele
ctionis ac si dicat partes hereditā
tis mee cõtigerunt michi sorte id
est gracia diuine electionis in pre
daris id est in celestibꝰ vbi nihil
est nisi predarum scilicet immorta
litas impassibilitas a fruicio dini
tatis. etenim bene contigit michi
quia huiusmodi hereditas mea ce
lestis predara est mihi id est pre
omnibus alijs bonis preciosa da
ra et predilecta. Deinde christus
agit gracias deo patri pro bonis
sibi a suis collatis dicens **Bene**
dicam do
minum. **Nico** agendo graci
as deo patri si
cut habetur iohannis. xi. Pater
gracias ago tibi quoniaꝝ audisti
me qui tribuit michi intellectum
quia ab instanti creationis anĩa
christi fuit impleta scientijs infu
sis vsqꝫ ad noctem id est vsqꝫ ad
mortem que in scriptura nocte voca
tur increpuerunt id est increpaue
runt me ire mei id est iudei de cõ
sanguinitate mea nati. christus
enim secũm carnem natus fuit de
iudeis. parentela autem designat

per tenes eo q ibi viget virtus ge
nerativa in sexu virili. **Cassiodor⁹**
Ac si diceret sup̃ mala que michi
fecit omnis cognacio in deo uz in
super et de tribu iude ex qua traxi
origimem me increpasse noscũtur
dicentes Johan. **Nico** demo
nis. viñ. mum
habes et Matth. xi. Ecce homo vo
rax potator vim ac publicanorũ
amicus et in passione dicebant.
Vach qui destruis templũ dei ac̃.
Hugo Vt sic. increpuerũt
me tenes mei. id est
inferior natura mea vsq ad mortẽ
id est vsq ad passibilitatem car
nis. Timebat em̃ caro passionẽ
ego autem in illa passione.
Augustinus Prouide
bam do
minum in conspectu meo semper
quia veniens in ea que transeunt
non abstuli oculum ab eo qui sẽ
per ma **Nicolaus** Anima
net. em̃ christi
sti ab instanti creacionis obtinue
habuit dignitatem diuine visionis
quoniam a dextris est mñe com
moue **Augustin⁹** id est fa
ar. ciet mi
chi vt stabiliter in eo permaneam.
Nicolaus humanitas ei
christi est orga
num deitati coniunctum. Et ideo n
potest moueri ab ali quid nisi fm
voluntatem deitatis propter q8 i
christo non potuit esse aliqs mo
tus inordinatus insurgens ex di
ctis inuitis in deorum vel ex q̃bus
q8 causis aliis. Deinde describitur
christi resurrectio gloriosa cũ sub
ditur Propter hoc id est propter
resurrectionem meaz que infra po
nitur que erat causa leticie christi,
vnde subditur letatum est cor me
um quia certitudo boni expectati ẽ
causa delectamẽti. et exultauit lin
gua **Aug.** Ac si dicat ppt q8 a
mea in cogitacionib⁹ me
is iocunditas. a in vobis exultacõ.
Cassio. Ipsa enim est perfe
cta leticia que et hi
lari corde concipitur a alacri fmo
ne profer **Nicolaus** in sup
tur. et ca
ro mea requiesc̃et in spe scilz resur
rectionis future Quoniam nõ de
relinques animam meam in infer
no. vel in limbo sanctorum pñm vbi
anima christi fuit p. xxxix. horas
tm̃ scz ab hora nona ferie sexte. in
qua fuit sepata a corpore vsq ad
diluculum diei dominice quando
fuit corpori revnita Jõ subditur.
nec dabis sanctum tuum vel corp⁹
meum impollutum. videre corrup
tionem vel incinerationez vel putre
factionẽ. fuit tamen ibi corrupcõ
accipiendo p mortẽ q8 corp⁹ xp̃i fu
it vere mortuũ p sepacõez aie No
tas mi fecisti vias vite accelerando
tps resurre **Aug.** vel notas fe
ctõis mee. cisti per me
hũilitatis vias vt ad vitã redirẽt
homines vñ p superbiã ceciderãt. In q̃
bus q8 ego **Hugo** adimple
sti mi me leti
cia cũ vultu tuo cũ ad dexterã tuã
sessurus ascẽderem delectacões erũt

mihi in dextera tua & in consessu tuo et hoc vsq; in finem & perfecta eterna

Nico. que dignitas huius sessionis xpi homins erit sempiterne duracois

Colle. hunc versiculum expo nūt. Jeronim⁹ et aug. vt sit vox christi pro se a suis fidelibus i q̄bus. quia ipse ē Adimplebis. ait. me & meos in futura letitia cum vultu tuo vt nil vltra querant aliquid cum facie ad faciem te vide

Glosa. Et interim firmant. unt eis delectationes & consolacōes in itinere huius vite in dextera tua i. i fauore & ppiciatione tua que delectationes p ducunt eos vsq; in finem & vs ad consūmationem eterne beatitudinis

Casti. Confideremus hunc ps quato nos munere salutis informet. In passionib⁹ confidenciā. i spe eterna gloriā pollicetur vt do cēdo que futura sunt prospera. pricia nō timeam⁹ aduersa Scola celestis. erudicio vitalis. auditoriū veritatis. disciplina certissime singularitatis. q̄ discipulos occupat sensibus fructuosis non inanium lenocionatione verboꝝ.

Jero. Vnde nos deprecamur. vt a delectationib⁹ quibus sancti pciuntur nequaq̄ diiudicati si nō meremur nostri gloria non excludamur a vera per christum dominum nostrum cui cum eterno p̄re & spū. s. ē honor et gloria in secula seculoꝝ Amē

Exaudi domine iusticiam Titulus huius psalmi talis est. oratio dauid

Calc. Cum multi ps in textu suo habeant orationes mouere videtur cur hic talem prepositum inscripcōnē. Sed q̄uis alii cum rebus diuersis breuiter mixtas obtineant orationes. iste tamē pene tō sui cōtexione supplicatio ē

Glo. Et est p̄mus eoꝝ q̄ noīe oratiōis intitulant. Sūt & alii quatuor videlz. lxxxv⁹. s. In dna domine. et. lxxxix⁹. s. Dne refugium & ci⁹. viz. Domine exaudi. Atq̄. cxli. s. voce mea Ps em̄ ps est oratio christi capitis adūcta sibi ecclesia que corpus christi est.

Hugo Orauit autē christus non pro sua sed pro nostra vtilitate vt nos ad orationem mutaret sicut fleuit lazarum vt nos caritatem proximi doceret habere. quia omnis christi actio ē nostra instructio Sensus tituli talis est hic ps est oratio dauid id est christi signati p dauid q̄ manu fortis est et desiderabilis vt supra dictum est.

Casti. Tripharia oratō ab hūanitate christi in hoc ps exprimit. Prima est vt secm iusticiam suā petit sibi debere restitui. Secda ē vt a iudeoꝝ infidelis eius pultas liberetur. In tercia resurrectionem velocissimam deprecatur: ne diucius insultare liceat puerso populo iudeorum. Et ne aliquid de illius maiestate turba fidelium habēt ambiguuz profitetur se in eterna beatitudine esse mansurum.

Iero Vox ergo christi in passione vel ecclesie in tribulatione erat dicens.

Exaudi deus iusticiam meaz qua tibi vsqz ad mortem obediēs fui in tēde dēptione meaz q̄ē de mal tollendis. **Auribꝫ** demencie tue p̄cipe orationē meā que est de bonis adipiscendis. oracōnem dico factam non in labijs dolosis sz simplicibus. Quia sicut dicit ysa. liij. dolus non fuit in ore eius Oratio illorum est dolosa qui dicunt. domine domine et non faciunt voluntatem. **Nico** Loquitur de patris. deo p modum humanum quia in deo non sunt lineamenta corporis vnde subdit specificationē sue peticionis dicēs

Cassi De vultu tuo vel aspectu tuo scm illa que in me respicis atqz cognoscis.

Hugo Judicium meū quo iudicatus sum a pylato prodeat vel exeat in publicum ad noticiam omnium gentium et oculi tui o domine videant equitatem retribuendo mihi gloriam resurrectōnis. hec est enim equitas vt sicut in passione humillimꝰ fa ctus sum omnium ita in resurrectione et ascensione exaltatus sum super omnes. vnde ad philip. ij. apostolus dicit propter quod et deus exaltauit illum. et ostendit p hoc meruit cum subiungit.

Glo Probasti cor meum a visitasti nocte vel ipsum cor meum visitatione tribulacōnis p batum est que tribulatio non solum nox dicitur sed etiam ignis. Nox quia perturbat. ignis quia exurit. vnde subdit igne tribulationis me examinasti hoc dicit ad similitudinē fornacis que metallum purgat a non est inuenta in me iniquitas. vnde ysa. vij. Iniquitatez non

Cassi Sic ergo et tribulacōnibus ignis examinatus est dominus christꝰ in sua passione Ibi mirande pacientie documēta monstrauit. sed nō est in illo inuēta iniquitas q̄m ad ustionem illa de

Glo Et hoc nō dicit coqueret. cogitanter viz. nō est inuenta in me iniquitas. vt nō loquitur os meū opa hoīm.

Augꝰ vel vt aliqd prędat de ore meo q̄ per qd pertinet ad gloriam

Hugo Opa hominum loquunt iactatores q̄ non deū sed seipsos in suis opibꝰ laudāt p̄ verba labioz tuoz adimplēda vel vt implerent scripture de redēptione gnis humani p me oplenda q̄s p ora ppharum locutus es ego custodiui vias duas. s. pauptatis hūane mōlitatis atqz passiōis. Doce etiā q̄libet fidel per verba labi dicere debet. **Iero** rum tuoz ego custodiui vias duras. Ac si dicat timens futura supplicia que legis trāsgressoribꝰ cōminat̄ es duris me laboribꝰ exercui a sibi eci corpus aie ptāti Sz quō B dicit duras cū in euanº dicit. Jugū meum suaue et onus meū leue. Suaue vel enim tibꝰ a durū et nolētibꝰ. q̄ nis dum

esse videat ab sanctos xpi corpalē
cōditionē tñ suaue ē ipis qui hñt
spē remuneracōis vite eterne. Cor
rige gressus meos ℣ act⁹ vel sēsus
meos ⁊ i semitis tuis ⁊ ℣ in māda
tis tuis. pficere est ad finē pducē.

Cass. Inchoamus enim duz ℣ in hoc mundo probabi
li conuersatione degimus sed vbi
ad finem venerit religiosa constā
tia ibi pficimur ibi tota integrita
te cōplemur sicut ait euangelium.
Qui pseuerauerit vsq; in finem hic
saluus

Hugo Vt nō moue
erit. atur vestigia
mea fupple a semitis ℣ a mādatis
tuis quia vt dicat dominus luc. ix.
Nemo mittens manum suam ad
aratrum et aspiciens retro aptus
est regno dei. vel est vox christi di
centis. pfice gressus meos in semi
tis tuis qua

Augul. custodi
si dicat. uias duras vtiq; ad pficiēdos gressus
meos i semitis tuis ℣ vt pficeret ca
ritas. ecce in angustis vijs qb⁹ ve
nitur ad requiem. vt nō moueantur vestigia mea ℣ signa itineris
mei que tanq; vestigia sacramen
tis et scripturis apostolicis impsa
sunt vt illa mtueantur a obser
uent omnes qui me sequi volunt.

Hugo Deinde petit xpus
a iudeis psequētibus
liberari vnde dicit ego damaui id
est valida intentione preces ad te
direxi quoniaz exaudisti me sicut
ad hebreos. iiij. dicit apostol⁹. In
oibus exaudit⁹ est pro sua re
uerencia. Sed videtur q deberet di
cere econuerso Exaudisti me quo
niaz damaui. Quod soluit grego
rius dicens. Neminem exaudit de
us nisi qui nvt precetur inspirat
Est ergo sensus Ego damaui qm
dedisti mihi confidentiam impetran
di. Et ideo Inclina aurem tuā. s. mi
sericordie mihi infirmo infirmita
te pene exaudi verba mea que se
quūtur Mirifica mias tuas Mise
ricordie dei fuerunt q per passio
nem filij sui voluit sibi reconciliari
mundum Quas ipe deus pater mi
rabiles fecit qñ p filium suum in
carnatum a passum qui resurrexit
a mortuis a ascendit ad celos red
mit mundum a etiam multa mā
cula fecit. hec enim macula admi
rantes iudei videntes excecati sūt
et gentes laudantes crediderunt
Vnde a de beato augustio dicitur
Nec saciabitur illis diebus dulce
dine mirabili considerare altitudi
nē diuini consilij sup salute gnis
humani qui saluos facis sperātes
in

Cassi. ℣ in eterna vita con
te. stitues Nam frequē
ter illi magis in hoc mūdo trucida
ti sunt qui ei⁹ nomini crediderunt

Hugo Et quia iudei vt prędi
dum est minuerūt mi
rabilibus que xps faciebat. ideo
ipe petit ab eorum insidijs libera
ri dicēs Q. resistētib⁹ ⁊ iudeis dex
tre tue ℣ mihi qui sum dextra tua
p qm facta sunt oia custodi me ℣
humilitatem meam vt pupillam
oculi que tenerime custoditur.

Cas. pupilla ē media ps ocli
q̄ tur et tēbre dijudicant

a discernūtur. huic oui mēk ꝓpa
ta ē humanitas xpi cui datuz est
in suo iudicio iustos a pctōribus
segregā. **Glo** Quia eos qui fi
de humanita
tis habent in sorte bonoz: alios in
consorcio maloz ānumerat. Quo
modo autē me custodies subūgi
tur cum dicit ubumbra alarū
tuarum pro
tege me. **Casti** Miserico
dia q̄ppe a
caritas ale sunt patris quib⁹ se p
tegi congruenter expostulat a fa
cie ꝙ a truculēta fera pñtia ipio
tum ꝙ dēmonum qui me afflixerūt
qñ excecatuz ꝑplm iudeoꝝ in necē
meam ardore precipiti cōpulerūt
a opus est vt ptegas. qz **I** mmi
ci mei ꝙ iudei aiam ꝙ vitam meaz
circūdederūt qñ cū gladijs a fusti
bus cum insanoz turba me cape
re venerūt. adipem suū oduserūt.
Conclusunt adipem qui mltavo
racitate pinguescit. Sic iudei scele
rum mimetate sagīnati capto xpō
sua pingui letitia coopti sunt.
Augusti Et postq̄ cupidi
tas eoz de scelere
saciata est os eoz locutū est sup
bia dicendo aue rex iudeoz. Vach
qui destruis templum dei ac.
Nico Et bene hic dixit tm ore
et nō etiam corde locuti
sunt qz scelerator mos est illa fre
quēter defendere sermone que no
scunt conscia teste damnare. Oro
ijcientes me ꝙ extra ciuitatem me
ejicientes ad crucifigendū. Nunc
pñs tpus posuit pro futuro quod
apud ꝓphetas cognoscit visitatū.

Glo Circūdederunt me in cru
ce non obsequio ꝫ fa
vore quasi ad spectaculū cōuenientes
et hoc ideo qz oculos suos statue
runt declinare in terrā qui ane amit
terent locū a gentē occidere xpm.
Aug⁹ Intentionē cordis sui
sta tuerunt declinare in
ista terrena putantes magnū ma
lum pati cum qui occidebatur et
se nullum qui occidebant. **Hugo** Circū
dederunt
me iudei a discipulo tradente. a p
side pilato iudice. a a deo disponē
te. sicut leo ꝙ dyabol⁹ paratus ad
predā. **Casti** Principes iudeoꝝ
iuste compati sunt
leoni dyabolo quo autore fremu
erunt a multo peiores effecti sunt
dyabolus siquidez dominum tem
ptauit quem cruci istoꝝ insania
crudelis affixit. Et reliquus popu
lus iudeorum effectus est sicut ca
tulus leōis ꝙ filius dyaboli assen
tiens principibus sacerdotum cui
dictū ē vos ex patre dyabolo estis
Iste populus similiter fremebat
contra xpm habitans ꝙ pmanēs
Augusti Et cogitās in ab
ditis ꝙ de insidijs
quibus circūuenīret a perderet iu
stum. Exurge ad vindictā contra
iudeos. domine quem dormire ar
bitrantur a iniquitates hominuz
non curare. preuenī eoz. videlicet
populum iudaicum. vt ante excē
centur malicia sua et vindicta pre
ueniat priusq̄ pficiant peccata.
Glosa A simili currentis
dicit Currit ꝑplus vt

crucifigat Curritt deus pater vt iu dicet sed deus preuenit execando Neo enī prius in aliuz q̄ in se pec cat quia quisq; peccando: se ledti prius q̄ aliū. petit ergo vt factum eorū vindicta execationis preue niat. Et ita supplanta eum. a simi li luctantis & subuerte eum et fac vt locūa gentem p dat p quibus retinendis me crudeliter occidit.

Augusti Eripe aiam meam resuscitando me a morte que michi ab impio popu lo irrogata est. frameaz tuam & animā meā que framea tua ē tā q̄ ferrea q̄m manus tua & virtus eterna tua assumpsit vt p ipsam delellet regna iniquitatis & dya bolica diuidat iustos ab ipīs. Hāc ergo erue ab inimicis manus tue hoc est virtutis tue viz. ab inimi cis meis qui sum virtus tua.

Jero Framea ergo dei patris aia christi est de qua fac iustam vindictā

Casti Nam p ipsaz diabolum vicit p ipāz mundu a superstitione sor dida mūdauit. p ipsaz delellata ē captiuitas que humani generis solo lē possi debat

Nico Post q̄ xps orauit p sua liberatione subdit de aduersarioz retribucōne dicēs dñe a pau cis viz. fidelib⁹ credentib⁹ de terra diuide eos p diuersa loca disp gen do in captiuitatē. In vita eorum

Augusti id est de terra q̄m inhitant. s. a cita te ierusalem dispūē eos p orbem terraz in ista vita q̄m solam vitā sua putāt quia eternā desperant.

Nico Hoc factū est p tytum et vespasianū. Nā pau lo añ destructionem ciuitatis ihe rusalem quidā iudei ad fidem con uersi premoniti sunt a spūsancto vt ciuitatem exirent & in regnum agrippe tenderent ne cū impiis iu deis perirent Causaz huius disp si onis cōsequēter ponit. d. de ab scō bitis & de peccatis q̄ tanq̄ tuis

Aug tenebre absconditur a lumine veritatis tue adimple tus est venter eoruz & adimpleta est memoria eorū in tūm vt obliui scāt deum. saturati sunt filiis & de opib⁹ malis. p filios ei⁹ opa intel ligim⁹. Et sic dō opa hñt bonos fi lios Ita malos filios mala opera Trāslatio romana hēt saturati sūt poena & immūdicia sua calcan tes margaritam & sermonē dei.

Casti O iniquitas execrāda audiebat sensus eoz mandata dei a illi saturabant sor dib⁹ pdōz a dimiserūt reliquias suas. s. reliquias pdōz a maledi ctionis puulis & posteris suis.

Augusti Clamātes pdm hoc sup nos a sup filios nros Ego āt q̄ non apparui eis qui corde sordido a tenebroso lucem sapie videre nō pūt in iusti cia tua apparebo deuicta morte con spectui tuo

Casti In aspectu pris apparere se dici iustitia q̄m ei⁹ voluntatē ipleuerat q̄ñ mundū ab interitu mortis sā guis sui effusi

hugo sacialor one saluauit saluā

generis humani de qua dixi in eum
ce Sicio ac si dicat duz illi saturati
sunt iudicia sua vt me cognoscerēt.

Jeronimus Ego sacia
.tor in sanctis et electis tuis q̄ per me credi
derunt quia meum est q̄d illis pre
stitisti. Nam in illis sum ipse in me
tecum Cum apparuerit gl'ia tua

Cas Christ⁹ saturari se testa
.tur de humani generis
credulitate suscepta q̄ numerus
sanctorum beata adunatione supple
dus est. patris autem gloria ma
nifestatur in iudicio domini salua
toris cum vnusquisq; recipiet pro
actibus suis mercedē sicut ipse do
minus apostolis suis dicit In illa
die cognoscetis quia ego in patre
a pater in me est Sic ergo patris
et filij a spiritussancti vna natura
vna ptās vna gloria declaratur.

Jeronimus Nos igitur
.domine ihe
su christe a te redempti qui nobis
exemplum ad orandum ad ope
randum et ad patiendum tradi
disti tantaz potēciam pietatemq;
cernentes supplices exoramus vt ex
aminati diuino igne non simus hu
manorum opum detractores sed im
cessabiles et fixi gloriam tuā ubi
gitur fm modū visitatū loquēdi quez
tenet hic scriptura loquēdo de tpe
christi Hu ⌊exultem⁹⌋ corpo
re in operib⁹ bonis
⌊a letemur⌋ corde deuotis oīonib⁹
⌊i ea⌋ · v pter istā diē · Iste versus

cantat multotiēs in die resurrectō nis domini que spāliter et ꝓprie di citur dies eo q̄ sol iusticie christ⁹ de⁹ noster tūc ortus est de sepulcro a tenebras infidelitatis amouit. i q̄ die dyabolus ius perdidit. et mū dus salutē accepit. Deinde ꝓplus christian⁹ oīonem facit p salute eterna obtinenda dicens ⁊ O dñe saluū me fac. ⁊ liberando me de peri culis a malis huius mūdi ⁊ o dñe bene pspērare ⁊ ꝓsperum facito iter illud quo ad te post multos la bores re Hu uertor. ius. Duo eīm ista ꝓpl's iste petit christia nus. s. vt hic eripiatur a pcōrum morte a post hanc vitam colloce in requie sempiterna. Prosperare ei est aliq̄s aspectū facere tranq̄llum. vt ingrata fiāt nob mala p̄terita: que credimus in eterna gaudia com mutāda ⁊ benedict⁹ qui venit in no mine dñi Nico. id est christus q̄ ve nit in noīe patris p salutē mundi. Et hoc modo cā tabant pueri christo ad passionem venienti vt dī Math. xxi. Et de illa laude videt hic dauid ꝓphetasse Hugo Et quia populus chri stianus pcepit de bene dictione christi in participatione sacramentoꝝ. Ideo in psona eōꝝ a sacerdotuꝫ sacramēta ministran tium a loquentium ad sūbditos: sū iungitur. ⁊ Benedixim⁹ ⁊ nos sa cerdotes ⁊ vobis ⁊ o sūbditi ⁊ de domo dñi ⁊ de ecclesia de qua sumuntur baptismus: eucharistia a alia sac menta. In quibus benedictio a au gmentuꝫ gratie datur. Sed q̄ ista benedictio nō est a sacerdotib⁹ licz per eos ministretur. Ideo subiūgit ⁊ de⁹ dñs ⁊ Cass Acsi dicat. Im mo nō nos sed ⁊ deus dominus ⁊ benedixit ⁊ et illu xit nobis ⁊ tam maioribus q̄ mino ribus grām sue benedictōnis infū dens Aug⁹ et spūsanctū offeren do. do ad intelligēdum scripturas. Et q̄ eadez potestas re manet in rectoribus ecclesie. Ideo ad eos sermo dirigit cui subinfertur ¶ Constituite diem solennez ⁊ di es solennes nūtatis a resurrectōis christi a similes q̄ stituti sunt p ecclesiaz ⁊ m ordensis ⁊ a vt populus fidelis ouemiat ad ecclesiam in den sitate plebis Translatio hebraica hz in congregationib⁹. Et translatio romana hz in confrequētationib⁹ videlicet populi cristiani ⁊ vsq̄ ad cornu altaris ⁊ ita q̄ eccl'ia imple atur popu Greg. ix. moraliū lo a deo ⁊ Moraliter autem solennem diem domino in frequentatione stituit qui se assi due in eius desiderio afflixit. Qui in mixt solennitatis dies vsq̄ ad alta ris cornu precipiē tendi. quia tam diu necesse ē vt q̄squis se afficiat: quousq̄ ad supernī sacrificij altitu dinem id est ad gaudia pertingit eterna Aug Vbi mihil aliud dice mus nisi ⁊ Deus me us es tu ⁊ Nycol. domine Jesu christe ⁊ o fitebor tibi ⁊ confessione laudis ⁊ deus me⁹ es tu a exaltabo te ⁊ tua magnalia laudādo a enar rando. In ecclā solet fieri talis cōfes sio. a narratio in predicationibus

Confitebor tibi dñe ¶ vox est ecclesie dñm laudantis ¶ quoniam exaudisti me ¶ deprecantem devote ¶ et factus es mihi in salutem ¶ profitendo gratiam in presentia gloriam in futuro. Propter quod mutant oēs generaliter ad laudē dei cum subm ferē Confitemini dño qm bonus quoniam in seculum misericordia eius ¶ Sicut incipit hunc psalmū sic et finit vt ab initio credulitatis nostre vsq; ad finem vite fiduciam in domini misericordia habeamus a eius laudes pseueranter confiteamur

grego Super euangelium. xv. Pensate carissimi misericordiaz conditoris nostri Decca ē nos videta pertulit: qui nos ante culpam peccare p hibuit. et post culpam expectare ad vitam non desistit. Ecce a nob otemptus est a tamen nos non cessat adhuc superbe aūsos: benigne reuocare. Et qui ferire nos aduersantes potuit: vt reuertamur: munera promittit. Habete ergo fiduciā fratres mei de misericordia saluatoris nostri Cogitate que facitis. recogitate que fecistis. dementiaz superne pietatis aspicite et ad misericordem iudicem: duz adhuc expectat: cuz lacrimis venite. Et sic portas iustitie eius intrate toto cordis affectu studete. Cōsiderātes vere q iustus sit: peccata vestra nolite negligere Et scientes q pius sit nolite desperare. Prebz nanq; apd deum hoibus fiduciam q deus est homo qui est nob spes magna q aduocatus noster; factus ē iudex noster. dominus Jesus christus. cui cum patre a spiritusancto ē honora gloria in secula .s. Amen

Psalmus Cxviij.

Titulus Ambro

Beati immaculati Aleph

Hoc est laus dei. In his enim vere laudatur deus in quibus est peccatorum remissio ¶ Nycol. Est aūt iste ps alphabethicus in viginti duob capitul distinctus. Et qlibet capitulū obtinet octonarius. a in principio cuiuslibet capitli ppone prima littera hebraica .s. Aleph. et secdo preponitur secda lra .s. beth. Et sic osequent p ordinem de alijs Et qz translator non potuit transferre sic q omnes versus primi octonarij inciperent ab a que est prima littera alphabeti latini. Ideo primo octonario ppposuit Aleph ad significandum q omnes versus illius octonarij per aleph incipiunt in hebreo. Currebat autem tunc quidaz modus specialis versificandi .s. ordinem litterarum alphabethi sicut apud nos in illo ymno. A solis ortus cardine. in quo versus incipiūt ordinate p litteras alphabethi latini incipiendo ab a vsq; ad g. inducendo vt patet intuenti illum ymnū In quo versus octo successiue incipiunt a qlibet littera. Et q in hoc psalmo octo versus semper incipiunt a qualibet littera: nō video alicuius significationem nisi modū

vtrificandi specialem loquendo de sensu litt
Hu. Spiritualiter aut terali
Hu. docemur per hanc prepositionem nos esse in scola christi cum in scriptuis presentis psalmi discimus vsum sancte viuendi
Ambros Vt quemadmodum paruulorum ingenia primis litterarum elementis assuescunt assumere vsuz discendi Ita etiam nos elementis huius modi vsum discamus viuendi. Litteris autem singulis octonos versus asci
hugo significans ppsit. omia ad vnuz deum tendunt q omnia regit. et p perfecta purgatio erit in octaua resurre
Cass ctione Est em iste psalmus altissimus pfundita te sensus. in quo velut in apotheca omnium virtutum moralis doctrina tota esplendet que in alijs psalmis particu
Hu latim relucet Naz facile qs inuenitur in quo no aut vias: aut mandata: aut iustificationes: aut eloquia domini habeas aut aliqd tale quod equipollenter valeat
Aug. Ab exordio quippe suo psalmus iste hortat nos ad beatitudinem. Beatum quippe esse: tam magnum bonum est vt hoc a boni velint a mali. Nec mirum est q boni propterea sunt boni vt sint beati. sed illud est mirum q etiam mali propterea sint mali vt sint beati. Nam quisquis libidini dedit luxurie: stupris: corrumpitur. In hoc malo beatitudinem querit a se miserum putat: cum ad hoc occupi scentie voluptates letitiasqz no peuenit. beatuz se vero quasi non dubitat iactae cum miser ad talia facta peruenit. Et quisqz auaricie fa ctibus inardescit ad hoc congregat quocunqz modo diuicias vt beat? sit. Inimicorum sanguinem fundere quicunqz desiderat: dominationem quisqz affectat: crudelitatem suam quisqz alienis dadibus pascit: in omnibus sceleribus beatitudinez querit. Hos igitur errantes a vera miseria falsam beatitudinem requirentes reuocat ad veram beatitudinem
Mic. Que dupliciter habetur. vno modo in re. a sic habetur tm in patria Alio mo in spe a sic habetur in via per bonorum operuz merita sicut dicit phs v etb. de felicitate politica que consistit in vsu virtutum. Quecos beatificamus in spe quia adhuc no operantur virtuose: sed quia videntur bone indolis: a apti ad habendum virtutes politicas tempore procedente. Igitur de beatitudine que habetur in via loquitur psalmus iste que consistit in perfectione vite actiue a ctemplatiue. vita vero actiua precedit ctemplatiuaz. quia mes non potest eleuari libere in contemplatione veritatis nisi passiones appetitus sensitiui fuerint moderate per exercitiuz moralis virtutis qd pertinet ad vitam actiuam. Vnde di
grego vi. moz. du aliqui cit ctemplationis arcem desiderat tene prius se in campo per exercitium boni operis probent vt solicite sciant si nulla jam

mala proximis irrogāt. si mala si bi irrogata ab alijs equanimiter portent. si potenter bonis temporalibus nequaq̄ mens letitia soluit si subtractis non mimio dolore sauciatur.

Hu Cum itaq̄ omnes tam bonj q̄p mali vt dictuz ē velint esse beati. tamen quia q̄dam viam quaritur ad beatitudinez ignorant. Ideo in psona oim fideliū loquens que sit ad illam vera via diffinit dicens

Beati immaculati ℔ carentes macula mortalis peccati ℓ in via ℒ pītis vite ℓ qui ambulant in lege domini ℒ eius mandata opere adimplendo. quia non sufficit declinare a malo. sed cum hoc requirit operari bonum. Propter qđ dicit Grego. omł. xxxij. Minus est mala non agere nisi etiaz quisq̄ studeat bonis operibus insudare. Post q̄p ostendit pfectionem vite actiue postea oīt perfectionez vite contemplatiue dicens Beati qui scrutantur testimonia eius. ℔ eloquia diuina per pphetas nobis tradita. q̄ sunt miraculis tanq̄ diuinis testimonijs confirmata sicut Marci vlł. dī domino cooperante et sermonē confirmante sequētib9 signis. ℓ in toto corde exquirūt eum ℒ videlz intellectu et affectu. differt enim contemplatio sanctorum a contemplatione pborum. Contemplatio pboruz est propter pfectionē psone contemplantis et ideo consistit in intellectu. Sed contemplatio sanctorū que est contemplatio theologica: ē propter amorem ipsius cōtemplati. s. dei et ideo non consistit in intellectu per cognitionez sed transit ad affectū per amorem dei tanq̄ principaliē inten

Cassi. Et vide ordinem sātum de veracis q̄p doctrine. Prius dicit beatos esse qui ambulant in lege domini. deinde qui scrutantur sacra eū testimonia litteraz. quia non est dign9 ista p q̄rere ń qui se pbabili actione cognoscit tractaē Consequenter oīdit q̄ a predcā pfectione excludunt. s. delinquētes qs notat cū dicitur ℓ Non em̄ qui operantur iniq̄tatē: in vijs eius ambulauerūt ℔ q̄ opationib9 peccoz nefanda delectatione ꝺsentiunt: hi mandatis dī nō obediūt. de q̄b9 sb̄ditur. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis

Mi vehemēti magna diligētia et solicitudine quaz nō hnt negligentes. et p consequens carent impletione mandatorum diuinoruz. Quorum aliqua pertinēt ad caritatez proximi. aliqua ad contemplationem que directe pertinent ad amorem dei. Consequenter subditur de beatitudinis appetitu cum dicitur in persona totius ecclesie

Vtinam dirigantur vie mee ℒ. ℔ pcessus cogitationū et operū ℓ ad custodiēdas iustificacōes tuas ℒ ℔ mādata tua ad vitam actiuā et ad cōtemplatiuā ptinentia q̄ otinent iustitiam perfectā Hugo Non pūt autē custodiri iustificationes ń pre oculis habeant. vñ subdit ℓ Tunc nō confundar ℒ de nō custodiendis iustificationib9 ℓ cuz pspexero ℒ ℔ perfecte inspexero ℓ in omnibus

mãdatis tuis supple cognoscendis
Vnde Jacob. Qui perspexerit in le
ge perfecta & permanserit nõ auditor
obliuiosus factus: sed factor operis
hic beatus in facto suo erit. Tales
& laudantur a quoꝝ aspectu man
data dñi nõ Ambro. Ergo
recedunt. ne odiũ
damur: custodiamꝰ oia dñi mãda
ta. Nam si qs vnũ mandatũ dñi cu
stodiat & aliud preuaricetur: nihil
ei prodest. Custodiuit se aliquis a
sanguine & nõ custodiuit se ab adul
terio: vtrisq; in vno uinctus punitur
Etiaz in legibꝰ secularibꝰ nec pdest
ei alterius criminis abstinentia si ĩ
altero fuerit Et ꝗa ab custo
deprehensus nic diendũ manda
ta dñi requiritur illustratio a dire
ctio dei Jcõ subditur Confitebor
tibi & laudabo te pdicãdo a legen
do ĺm directõne cordis ita q dire
ctio cordis mei ad intelligendũz p
dicta fit a te Glo Quia ei feci
rectum ideo te lauda
bo ĺm eo q didici a sãctis patrib
iudicia iustitie tue quibꝰ nũc &
in futuro iudi Aug. Nunqd mi
catur mundꝰ hi pdeit q
ita didicerim si corde puerso vias
habeo prauas. non em letabor in
eis ꝑ accusabor ab eis. Et idcirco
Justificationes tuas ni. stodiaz ope ad
implendo. Et ꝗa ab hoc requiritur
assistẽtia diuine gratie que facit
opus meritorium. Jcõ subditur
Nõ me derelinquas vsqueq; ꝗsi diceret. Si me ad momentũ di
miseris non potero custodire man
data tua

IN quo corrigit adole
scẽ beth. Hugo Octonario p
dicto preposita ẽ littera
aleph que interpretatur doctrina.
Huic aũt sctõ capto sequẽti prepo
nitur ltra beth. que interptatur cõ
fusio Et hoc bene cgruit qa doctri
na intelligit hõa cognoscit deum &
seipsum. & exinde confunditur super
peccatis sui satq; reuertit ad correc
tionem. de q subditur cũ dr
IN quo corrigit adolescentior viam
suã & prauã consuetudinẽ suam. Li
cet em in omni etate ĝntũ cunq; se
ra: vtile sit corrigi. tamẽ vtilius est in
adolescencia. antrq; consuetudo pua
prevaleat in homie. Vñ poeta ait.
Principijs obsta: sero medicina pa
ratur Cum mala per lõgas conua
luere moras. qz pverb. xxij. Adole
scens iuxta viam suam grabitur. etiã
cum senuerit non recedet ab ea. Eti
am in adolescentia homo est promp
tor ad peccatum vnde magis tũc ne
cessaria est correctio. Per hoc em
q dicit adolescentior arguuntur se
nes: inueterati dierum malorum q
difficile corriguntur Sed iste quẽ
admodum correxit viam suaz subse
quenti responsione confirmat di
cens ĺm custodiendo sermones tu
os Non dicit in audiendo vl scribẽ
do. sed custodiendo sermones tuos.
id est precepta tua. Juxta illud ad
Ro. ij. Non em auditores legis iu
sti sũt apud deũ ꝑ factores legis iu
stificabunt. Et idcirco ĺm totu cor

de meo exquisiui te Vnde ecclesi⁹
Non accesseris ad illuz duplici cor
de. q sicut ait Aug⁹. pro q̃uta par
te aliud queris: deum non queris.
Ne repellas me Casti. Tanq̃
a mandatis indig
num beneficijs tuis vt quem tu fe
cisti toto corde petere tu etiã digne
ris audire. Repellit em̃ a mãdatis
suis subdole se rogantes. Vnde Sa
lomon ait Spũssanctus discipline
effugiet fictũ a subtrahet se a cogi
tationib⁹ q̃ sunt sine intellectu. Ro
gat ergo ne ab intelligentia legis
diuine repellat sicut indign⁹ vt ag
noscamus hanc intelligentiaz nõ
meretri nisi eos q̃ noscunt toto corde
deprecari Aug. Et qa intelligẽs di
uina mãdata i eis delectatur. Ideo subditur Ne corde
meo abscondi eloquia tua id est
memorie commendaui a indignis
ca non dixi. Vt non peccem tibi.

Nico. Quia mãdata dei si ab
scondita pscruãt homi
nez ab offensa dei. Et q talis debet
esse gratus erga deum Ideo p mo
dum gratiaz actionis subditur
Benedict⁹ es domine. de bono qđ
in me cepisti. Doce me iustificatio
nes tuas. viustitie factiones: p fici
endo qđ inchoatum est. Acsi dicat
Aug Quia enim in corde meo
abscondi eloquia tua vt
non peccem tibi. legem dedisti: da
etiam benedictionez gratie vt faci
endo discam quod in mandando iussi
sti
Ni Et quia habens noticiaz
mandatoz vult alios ve
nire ad cognitionem eorũ. Ideo sũ
dicit Ne labijs meis pronuncia
ũ alijs indicãdo. omnia indicia
oris tui. nobis p apl̃os a apl̃etas
reuelata vt intendant fue correcti
ni
Hu Sed obijci potest q̃stio
Quid est q dicit omnia
iudicia se pronunciaturũ. cũ dicat
apl̃s ad Ro. xi. O altitudo diuicia
rũ sapientie a scientie dei q̃m incom
prehensibilia sũt iudicia eius. So
lutio. Loquitur h̃ de iudicijs dei si
bilib⁹ a maxime de illis que fient
in die iudicij videlicz q̃ iudex viuo
rum a mortuoz dicturus est malis
Ite maledicti in ignem eternum. Et
bonis Venite benedicti percipite re
gnum. Et quia iste in toto se occu
pat circa dei precepta Ideo subdit
Nvia testimonioz tuorum dele
ctatus sum. Via testimoniorũ dei
est sacra scriptura q̃ continet testi
monia iustoz sic b̃ũ paupes spiri
tu qm̃ ipsoz est regnũ celoz. beati
q̃ lugent qm̃ ipsi cosolabunt. a ce
tera que matb. v. scribunt. Dele
ctatur enim in talib⁹ xp̃s p missi
onũ magnificentiã. Lsic in omnib⁹
diui
Jero Sicut em̃ terrenus ho
cijs in agris vineis q de
lectat ita iste in testionijs dei iocun
dat de pura oscientia q octepto mũ
do a deo ditat⁹ est Nyco. Et q de
lectacio inducit ad forci⁹ meditan
dũ a opandũ Ideo subdit Ne mãda
tis tuis exceb⁹. Hugo. cogitan
do a opando. a osiderato pfectius
cognoscens vias tuas. q̃bus ad te
venitur Greg. xvij. moz Vie d
mini sũt vt mẽs prospera fugiat a
ad aduersa preparet Nihil quod

demulceat: appetat. nihil qꝫ deterre
re credit: ptimescat. meroremꝫ pre
sentem gaudium reputet. presen
tis vite gaudia damna meroris pē
set. abiectionis detrimēta nō time
at: sed per hec eterne glorie locum
querat. Has em vias cristus ocu
lis sequentiū se ministrabat cū di
cebat. Si qs mihi ministrat me se
quatur. Ad has vias tumētia cor
da discipulorꝫ reuocabat cum glo
rie locuꝫ quererent: sed eiusdē glo
rie iter ignorarent. d. Potestis bi
bere calicē quem ego bibitur⁹ fi.

Hu Sz hic ordo videtur peruer
sus esse cū p̄mo dicat. exer
cebor. dēm de osiderabo. cū primū sit
osiderare a postea exercel. Solutio
In omni scia p̄terꝫ in theologia:
theorica p̄cedit practicam. ⁊ otem
placio actōnem. hic autem practi
ca p̄cedit **Cass** Prius ergo
theoricam. fuit necessari
um vt exerceretur iste in mādatis
diuinis id est in frequēti sancte cō
uersationis operatione vsum rerū
necessariuꝫ assiduo labore peragē
do a sic ad penetralia intellectus p
ueniret. Nemo emꝫ meretur tantū
secretum conspicere nisi cui datum
fuerit bona conuersatione celestib⁹
se beneficijs **nico** Et qꝫ cessatio
proximare ab actu con
siderandi tandeꝫ inducit obliuionē
Ideo subditur Im iustificationib⁹
tuis meditabor non obliuiscar ser
mones **Cass** Justificationes et
tuos. sermones domini
funt mandata eius videlicet Non
mechaberis. non falsū testimoniū
dices eris

Iero. Ea meditor: i his
a ceteris exercebor vt illa
obliuioni non tradens: possim ea
integre p̄fectecꝫ oplere Amen.

Retribue ser. Gymel

Sequit tercium capitulū Ambro. cui prepon
tur tercia littera fm hebreos videli
cet gymel. que latine retribucio di
citur

Aug⁹ Nempe superiꝰ dix
erat. In quo corri
git adolescencior viam suā in custo
diendo verba tua. Ecce nunc aperti
us vt id faciat precatur auxilium
dicens **Cassio⁸.**

Retribue id est non meis me
ritis redde: sed iterum da gra
ciam tuam [seruo tuo] Iero. Cō
stanter sibi retribui ob id qꝫ do ser
uiat deprecatur **nicol** Quia
[vinifica me] gracia
animam viuificat sicut anima cor
pus [a custodiam sermones tuos
id est mādata tua. Et quia gracia
illuminat intellectuꝫ ad supernatu
ralia cognoscenda. Ideo subditur

hugo Reuela oculos meos
id est clarifica intellectū
a affectū meū q̄ obscurantē i agni
cione dei a sacre scripture p prauā
⁊ fuetudinem a carnalem affectio
nem ꝓpter multiplicem rez tempo
ralium curā. ꝓpter mūdanū amoreꝫ
p mimiam sūbtilem discussionem qꝫ
dī proū. xxv. Persecutatoꝝ maie
statis oppmeē a glā. p ignauiaꝫ
a torpōē p certaꝫ maliciā. p acce
ptionē muneꝝ. per honorem a p

ſpēritatem mundi a hi oculi aperiuntur per proprie fragilitatis ꝯsiderationez p pēnitentie amaritudinem: per orationez a per gratie infusio

Calli. Vñ misi misericordia domini fuerit velamen ignorantie ab oculis cordis ablatum ſcīptuās sanctas lumine cordis non possumus intueri Illumina ꝯ imperitie mee cecitatē La ꝯsiderabo mirabilia de lege tua ⌋ Lex est vmbra futurorum: que ſignificantiam futuē plenitudinis continebat Immolabatur quippe paschali festiuitate ſm legē agn9 immaculatus. quod christum dominum significat occidi Sacerdos veste pulcerrima a coruscabili tegebat vt futuri pōtificis christi celestis regis iudicia nunciaret. promissiones quoq; domini fuerūt vt populus israeliticus i terram produceretur fluentez lac a mel. quod ad illud futurum seculum pertinē non dubium est vbi summe beatitudinis gaudia copiosa dulcescūt Rogat ergo popul9 ille sanctoꝝ vt reuelato corde ista cōsideret q superducto velamine ignorantie non poterat intueri. Necessitatem vero huius illuminationis subdit dicens⌊ Ncola ego sum in terra. Id est peregrinus: nil appetens i mundo. Isti sunt vere incole in tra qui thesaurum suum in celo reponunt vt cor eorum futuram patriam semper affectet⌊ nō absco⁊ das a me mandata tua⌋ ſ mihi ea manifesta. Mādata esse diximus. diliges dominum deum tuuz ex toto corde tuo. a proximum tuum sicut teipsum. Rogat ergo vt ei nullatenus celentur que peccatoribus pronunciata

nico et qd diuine esse videātur. reuelacōnes fiunt desiderantib9 eas Ideo subdit⌊ Concupiuit amma mea desiderare iustificationes tuas in omni tem

Jero vt siue manducē siue bibam siue aliud q̄d faciā sp eas desiderem a meditera apprehendā Nyco. Consequē ter ostendit collationis grē impetrandi q8 ē superbia sicut humilitas ē grē meritoria put dī. Jacobi. ii ij. Deus resistit superbis humilib9 aūt dat grāz Et hz hoc dī⌊ I nterpasti supbos⌋ eiciē do angelos superbos de celo a pmos parētes ostēnētes mādatū dei expellēdo de paradiso terrestri⌊ maledicēs q̄ declinant a mādatis tu

Call Nā a illū adā q̄ contēpsit mandata dñi ostat eē maledictū. Et hodie sunt maledicti qui simili scelē polluuntur. Cui9 aūt maledictōis amocōnē petit d.⌊ Aufer a me opprobrium⌋ .ſ. maledictōis⌊ a otēptū⌋ trāsgressionis

Nicola9 ⌊ quia testimonia tua exq̄siui⌋ ab sciēdum ea a intelligenduz. Et ideo si transgrederetur ea non essz ex ignorantia sed ex cōtemptū. Causam vero petitionis subdit cum dicit⌊ Etenim sederunt principes a ad uersū me loq̄bant⌋ Isti pncipes sūt demones ſm q̄ dī ad eph. vi. Non est nob colluctatio aduersus carnē a sanguinem: sed aduersus

principes tenebraꝝ harum a potestatis cōtraspūales nequicias.

Ambros Et isti principes sedent a explorāt qui christianus mētē deo seruiat studiosius boni operis. a detractāt de eo dicentes Insidiemur illi a impediamus eum. prohibeamus eum efficere que desiderat. frangamus animum eius frequentib⁹ a repentinis ad

Mi. uersis Frequenter enim tractant ad inuicē qualiter possint homines sanctos a litteratos deijcere per cōtemptum diuinorum mandatoꝝ sicut narrat Gregoī. in dyalogo q̄ iudeus in fano ydolorum abscōditus audiuit demones tractantes de deiectione Andree epi ciuitatis fontane. Ser uus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. quia quantū percipit a demonibus se fortius impugnari tanto debet magis in operibus bonis exerceri. ad quod req̄ritur diligens mentis consideratio Ideo subditur. Nam a testimonia tua meditatio mea est. id ē cogito premia que perseuerantibus promisisti. a. cōsilium meum. quod in tendo simpliciter prosequi: sunt supple iustificationes tue. id ē impletiones mandatoruꝝ tuorum: q̄ iustificant hominem.

Adhesit pa deleth Sequitur q̄rta cui preponitur q̄rta lra Ambrosius ſm hebreos videliz deleth. quod sigt latine timorem vel natiuitatem. Et vtrunq; potest cōuenire sensui. Natiuitas enim eorū est qui generantur in hoc seculo: per quod itelligimus corporalia que sunt caduca. Et ideo a timore nō distant. Ex corporalibus etiā timor nascit. Quid est terrena natiuitas nisi timor? Fidelis itaq; plebs ponderis corporis sui animaꝝ aggrauātis a quo in bonis operibus impeditur deplangit dicens

Adhesit pauimēto Pauimētum est terra vel aliquid terreum vt lapides. Et ideo cum dicit Adhesit pauimento anima mea Sensus talis est Anima mea corpori terreno a corruptibili ipsam aggrauanti est conuncta. Viuifica me ꝑ

glo. Vt in celo sit tam gratie mens a nō adhereat carnalibus a hoc ſm verbū tu

hugo promissus est Ezechiel xviij. In quacūq; hora ingemuerit peccator omniuz iniquitatum eiꝰ non recordabor amplius. ac si dicat. Iero Corpori mortali aiam cōunctam intelligo Ideo ne delictuz mualescat: peto viuificari. sciens q̄ concupiscētia carnis mortē operatur.

nico Uias meas enunciaui. supple tibi per humilem confessionem. a exaudisti me. remittēdo mihi peccata

Cassi. Doce me in contritione iustificationes tuas. nō ad audiendū. ſ ad faciendū. Jam iustificationum tuaꝝ instrue me. Hugo amodo a ordine adimplēdi eas et ipsis supp̄ cognitis. exercebor in mira

bilib⁹ tūis ⁊ ĩ apostolicis cēteris q̄ doctrĩis ecclesiasticis que mirabiles videntur ĩexpertis. Iero. ¶ Dormitauit anima mea ꝯ ĩ hūius habitaculi mortalis statione ꝯ pre tedio ꝯ corporee infirmitatis Nico. Sanctis enim hominib⁹ tediosa ē sarcina corporis cui oportet cō descendere ꝯ cēdendo ei refectionem ⁊ quietem sufficientez ĩ quo cōdescensu facilĩter deficit homo: mimis suo corpori compatiendo ⁊ sic dispositus ad casū Ideo subditur ꝯ cō firma me ꝯ gratiam tuam ĩ me cōseruando. Et quia ad hoc facit diuini verbi frequens meditatio Jō subditur ꝯ in verbis tuis ꝯ Iero. vt ablato peccati somno instant vigilem in eis ¶ Jam iniquitatis ꝯ id est diderium illud per quod ad peccatum vertitur ꝯ amoue a me ꝯ tua gratia mihi Nico ⁊ Let de leprouidendo ge tua miserere mei ꝯ si ab ea dedmaui per mortale peccatum ¶ Iero. Apte enim hec lex instituta est vt semper miseAug⁹ Dei est lex fi reatis. dei qua credimus ⁊ oramus per gratiaz nobis donari vt faciam⁹ q̄d per nosmet ipsos implere non possumus. In lege enim factorum est dei iudĕtis iustitia. in lege autez fidei subuenientis miseNico Huius autem ricordia miserationis causam allegat ex parte sui. dicēs ¶ Jam veritatis elegi ꝯ videlicet culturam et seruicium domini saluatoris qui est via veritas ⁊ vita. Iudicia tua non sum oblitus. ꝯ quibus peccatores terribiliter punisti: eos tempore diluuij submergendo. ⁊ Sodomaz igne sulphureo incendendo. ⁊ in consimilibus. Et quia ex terrore talium homo a malo retrahitur: ⁊ ad bonum conuertitur. Ideo subditur ꝯ ¶ Oculi testimoniis tuis domine ꝯ firmiter proponens ea custodire Ambros Adhe ret ãt testimoniis qui mundo renunciat qui curam huius vite et tedia spernit: qui luxurie studio: ac pecunie cupiditate non curuatur. Et ideo Noli me conNico id est permittere confundere ꝯ tere confundi per reciduum peccati. ¶ Jam mandatorum tuorum curram. ꝯ in viam virtutum facilĩter ambulando ꝯ cum dilatasti cor meum ꝯ per donum caritatis: que mandata diuina facit leuia ſm q̄ dicitur ⁊ Jo. v. Mandata eius grauia nō sunt. videlicet amanti sic dicit gloquia caritas vires augmentat ſm q̄ dicit Gregori⁹ omel. xij. Vires q̄s imperitia denegat. caritas administrat.

Legem pone Hel

Sequitur q̄ntus cap'l'm. cui prepomit lra Dee q̄ interpretat̃ viuit Cuz supra petierit viuificari a morte seculi. ſ. ab amore seculi scilz ab amore carnali ⁊ tedio spirituali Cō gene nūc de vita ĩ qua viuere vult consequenter subdit. d. ¶ Aug⁹

Legem pone mihi dñe] Cur iste adhuc posit sibi legem pon̄ qutiq; si non ei posita fuisset: non viam mandator̄ sicut p̄ dixit: in cordis latitudine h⁹ est in caritate cucurrisset. Sed quasi p ficiens loquitur. dei donū nouit esse qđ p ficit. Quid aliud petit cui sibi leg̃ pon̄ petit nisi vt magis magisq; p ficiat. Gratia itaq; dei nob̄ p̄cipue emendat qui sibi legem posit po ma dño qui vtiq; iam legez sm lit teram nouerat. Sed qr lra occidit: spūs viuificat: orat vt p spiritū fa ciat qđ p litteraz sciebat. a exqui ram eam semp] facendo q̄ dūvi uam] O Amihi Iero vt intel ligā dis intellectum] cretionem inter bonum a malū. in ter vitam a mortem. inter litteram a sensum. a scrutabor legē tuam]

Mi perfectius cognoscendo. qđ non possuz sine tuo auxilio. et custodiam illam in toto corde meo] ex tota dilectione deū amā do a proximum] O educ me i semi ta mādator̄ tuor̄ qr ipsaz volui] Cassio. qr veteris legis ia mā data tenebat noui testamēti spiri tualem gratiaz p̄batur expetere p quam se ad celoꝝ regna nouerat puenire. Hugo Semita mandato ruz ē via arta que ducit ad regnū. de qua saluator di cit Matth. xix. a Lu. xviij. qñ adole scenti dicenti q̄ oia mādata seruas set a iuuentute sua dixit. Adhuc ti bi vnum deest. Vade a vende omia que habes a da pauperib⁹ a veni sequere me. Quasi dicat. Licet sis in via mandator̄ tuor̄. non tñ es in se mita que rectior est via. Et qr dixit ipsam volui. ne q̄s bonā voluntatē sibi ascribat. consequent subdit]

Indina cor meum] Acsi dicat Eti am a me non habeo vt bonū velim a ideo tu dñe Indina cor meū in te stimonia tua] vt magis ea velim a non in auariciam] aiam a diui nis opibus Aug Testimonijs retrahentem Aug q̄ppe suis no bis cū agit de⁹ vt eū gratis colam⁹ quod impedit auaricia: que radix est oīm malor̄ Cassio. Auari cia est tpalium rer̄ flagrans oīno deside riū. Vnde a p̄m⁹ homo peccauit a suis posteris vicia mœntiua dereli Et deinde petit amo quit. Nico tionem cupiscētie carnalis quevt plurimū incendit ex aspectu impudico. vnde subdit] Verte oculos meos ne videāt vanitatē] spectacula ad malūm luxurie pertinentia vel inducentia. Hugo qr a spectu vanitatis puocatur cōcupiscentia. ex hoc im primitur menti turpis cogitatio a cor dilacerat̄ ac dep̄datur. malū p̄positū concipitur. a ratio amittitur

Cassi. Hic notantur illi q̄ diu fis spectaculis occupan tur. hic qui mulier̄ fedo amore ra pūtur. hic qui alienarum rer̄ pos sessionem improbe cōcupiscunt Sz hoc amoto qui dq̄ renduz fit oñdit di Iero] In via tua] hoc est in cēs Iero. te ipso. vel in tuis mā datis] viuifica me] in aia. Secta tue seruo tuo eloquium tuum] id est mandata tua] in timore tuo] id

R p

est vt te timeaz timore sancto stabiliter a p̄
Hu. ꝓbriū meū qꝫ
suspicatus sū ⁊ fac ne malū suspicer de alio vl̄ si forte surrepat suspicio: fac ne crescat in iudiciuz. qꝫ si
facio est opprobrium meū qꝫ falsū
iudico a non talē qualem eū suspi
cor: esse vel fu
Call. sse est qꝫ re
cundiam murrat q̄ ignorās aliud asseuerat. suspicio enim sepissime probatur incerta que vix nō
uemit christiano. Iure & sibi illꝫ
amputari querebat vnde deus po
terat inuenire. Sequit. q̄a iudicia
tua iocunda. ꝙ que tribuis electis
tuis eternā requiem dicens. Veni
te benedicti p̄tris mei ꝓcipite regnuz
Mic. Cce concupiui māda
ta tua. scie a opari. in eq̄
tate tua viuifica me. augmentādo
in me vitam gratie Et dicit in equi
tate. qꝫ talis eq̄tas iusticie ꝙ quaz
dirigitur hō in deū meritorie non ē
nisi per gratiam a dō hominī datā
que iustificat impium.

Tveniat super
me m
Vau Sequitur ca
pitulū sextū
Ambros Cui sexta littera
p̄ponitur. s. Vau
que interpretatur ille. Quis aūt
ille intelligendꝰ sit: satis aperte de
monstrat cū subdit. d.
Et veniat super me misericor
dia tua dne. q̄ mia sequitur.
salutare tuū. s.
ero. Acsi dicat
christus dns

lis Veniat nos tecum o deus pa
ter filius tuꝰ. sm eloquiū tuum.
Call. sm p̄missionem tuam
quā ꝓpheras cognoscens
fuisse policitus. Vel est vox pecca
toris moratis
Hugo remissio
nez p̄cantis peccatoꝝ. Et veniat su
per me misericordia tua dne. Nec
cator enim in limo p̄fundi infixus
non venit ad misericordiam si ipsa
desuper venit ad eum. Vnde in alio
psalmo dicitur. Misericordia eius
preueniet me. Salutare tuuz ꝙ gra
tia salutis etiam veniat mihi sm e
loquium tuū ⁊ sicut promisisti gra
tiam te daturū. Et misericordia
tua obtenta cum salute. respondebo
exprobrantibꝰ mihi verbum. Re
spondebo enim demonibus verbuz
cordis per humilitatem. Hereticis
verbum oris per sapientiam. a de
tractoribus verbum operis p san
ctam conuersationem. quia spera
ui in sermonibꝰ tuis. quia spero q
per me loquaris humilitatē in cor
de. sapientiaz in ore. atqz sanctita
tem in opere. que magis sermones
tui sunt q̄ mei. Et ne auferas de
ore meo verbū veritatis vsqueq̄q
Grego ri. moral. Perpēde
enim q̄ omnipotēs
deus verbum veritatis facientibus
tribuit: a non facientibus tollit.
Qui ergo hoc de ore suo non auferri petijt quid aliud q̄ gratiaz bone
operationis quesiuit. Acsi aperte
diceret A bono opere me errare nō
sinas: ne dum amitto ordinez bene
viuendi: rectitudinem perdā loquē
di
Hugo. Causam subdit di

cens Quia in iudicijs tuis hoc est in flagellis quibus me pmittis affligi fuper Aug. ꝙa flagella ꝙ ſperauí bus me corripis: nō auferunt ſpem ſed augent qm̄ quem diligit dñs: corripit ſflagellat autem omnem filium quez recipit Hugo Et cuſtodiā legē tuaz ſemp eam operę adimplendo ꝓ diu vixero in hac vita qntum ad eius mandata a in ſeculū ſeculi a in futura vita qnaz ad eā vitā temglo quā ſancti angeli a ſpiritus habent in celo perfectaz: finē fine laudādo dēū a am bulabam in latitu dine Hyeol ſ. caritatis que etiaz eſt tante latitudinis ꝙ etiam ſe extendit ad inimicos noſtros. Vnde Matth. v. dī diligite inimicos veſtros. bene facite his qui oderunt vos quia mandata tua exquiſiui ad ſciendum a faciendū ea Et loquebar in teſtimonijs Hu tuis martirū. vnde de beata Katherina cantatur ad introitū miſſe Et. loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum a non ꝛfundebar. Ipſa enim coram rege diſdutauit de teſtimonijs criſti a nō confuſa. ſed phos ꝛfudit a ab fidē cuer Call Confundatur aūt illet le cuius p ratiocinationem vim cuntur dicta Et meditabar: in mādatis tuis que dilexi Iero vt opus meditacōnis .dilectōnis phiceret frudum Hugo Et leuaui cuz pura intentione manꝰ meas ad mādata tua que dilexi ea operę oplē

do. ꝙ probatio dilectionis exhibitio eſt operis. a ideo exercebor in iuſtificatio nic. vim operibꝰ mā mibus tuis. .dat oēm tuo ruz ꝙ iuſtificant hoiem.

Memor eſto verbi Zay Incipit vij. capitulum cui preponitur littera hebraica ſeptia. videlicz Ambro que interpta tur ducte. q̄d ſibi velit iſta interptatio: nō ſatis liquet. n forte vt vnuſq̄ſq; ſe regat a ipſe ſui ductor ſit tendens ab his viſibilibus ad inuiſibilia bona. q̄ nūc habent in ſpe. de qua cōſequēter ait dicens.

Memor eſto verbi tui ſcilicet promiſſionis eine facte. nō vnicuiq; ſi ſeruo tuo de quo habetur Job. xij. Vbi ego ſum: illic a miniſter meꝰ erit. Ecce promiſſio facta ſer Aug. in quo mihi ſpez uo dei .dediſti id eſt ꝙa vitam eternam promiſiſti Ec ſcilicet ſpes future beatitudinis me conſolata ē in humilitate mea Tranſlatio hebraica habz in afflictione ne Call. hoc ē in erumna mea z preſentis vite ꝙ humiliatus ſum patienter ſuſtinēdo huius ſeculi aduerſa Hug Cauſam huius conſolacōnis ſubdit dicens quia eloquium tuum quod continet pmiſſa tua viuificauit me id eſt ꝛfortauit me in afflictione Call ꝛſio tanti indicis firmauit animum ſuſtinentis

¶ Verbi iniquę agebāt ysque quą¶ **Hugo** quia nō eis sufficit q̄ malū sunt ꝟ bonos etiam ad malicią eorū trahere conati sunt¶ a lege autem tua nō declinauí¶ quod tamen me facere cogebant superbi¶ **M** Emor fui iudicioꝝ tuorum¶ que operatus es ¶ a seculo dñe¶ a quo genus humanum sum **Nic.** q̄b⁹ iudicijs pfit ex odiū **Nic.** malos pdidisti a ofidētes in te liberastiv t **Noe** de diluuio. **Loth** de subuersione gomorre. a tres pueros de camino ignis ¶ a consolatus suz ¶ sperans q̄ etiā liberabis me. Et licet aliquando nō liberat dominꝰ fideles suos a morte tpali: sic machabeos nō liberauit de tormētis antiochi. ꝛ. macch vij. tamen fuerūt melius liberati q̄ tres pueri de camino ardenti scdz q̄ dicit Augꝰ qui illi fuerunt liberati de igne postea morituri. Machabei fuerunt liberati de pnti miseria in eternum victuri. Consequenter agit de timore ꝑprie fragilitatis. q̄a q̄n tucūq; homo sperare debeat de auxilio dñi. tamē debet timere ne labatur in peccatum ex propria fragilitate a sic frustretur sua spe. Ideo subdit¶ **R** Efectio¶ a timor magnꝰ ¶ tenuit me¶ In translatione hebraica habet. Horror tenuit me: p peccatoribꝰ derelinquentibꝰ legē tuaz qui sūt multi valde. Sm illud Mat. vij. Lata ē a spaciosa via que ducit ad perditionē. a multi sunt qui intrant p eam. Et ideo quilibet q̄n tucūq; iustus debet timē ne similiter sibi accidat ex propria fragilitate¶ **Iero** Vel est vox ecclesie q̄ te dolet super preuaricationes iniquoꝝ affectum miserationis ostendens ¶ **Nyco.** Et quia adeo vitandum casum peccati multū valet oratio per quā mens a terrenis retrahitur: a ad diuina sublimatur. Ideo subditur.¶ **Q** Antabiles mihi erant iustificationes tue. ꝛ. la u des tue **Cass** Per hoc significat psalmodiā cū magna delectatione peragendā. sic dicit apls. Cantantes a psallētes in cordibus vestris ¶ **Nyco.** ¶ In loco peregrinationis mee¶ ꝛ in via pregrinationis vite qua tendimus ad patriam sicut **Cass.** Expulsi siquidē de paradiso in hac vita incolatū gerimus q̄ patrie illius beatitudinem non habemus ¶ **Nyco** Et quia diuine laudes non solū dicende sūt de die sed etiam de nocte. Ideo subditur.¶ **M** Emor fui nocte nominis tui domine¶ Et quia orationem debet sequi sancta operatio. Ideo subdit¶ a custodiui legem tuam¶ per mandatoꝝ tuoꝝ impletionē. Et q̄ ista hꝫ tō a dei gra Ideo subdit¶ **H** Ec¶ videlicet gratia ¶ facta est mihi¶ videlicet vt custodirem legē tuā¶ q̄ iustificationes tuas exq̄siui.¶ Vñ dicit saluator Mat. vij. Querite a inuenietis. **Iero** Nos quoq; supplicēter exoramus dominum vt nob iustificationes suas infinuet: vias reseret: mirabilia declaret. Et siquid legis vmbraculum occultauit: clemēter reuelet vt si palmā beatitudinis nō meremur: saltem

vel pro delictis veniaz osequamur. Per christum dominuz nostrum qui est benedictus in s.s.s. Amen

Oratio mea

Heth Sequitur capitulū. viij.

Ambro. Cui prepomitur littera octaua videliz heth que interptacone latina dicitur pauor. **Hugo** quo sanctus ppls tenetur ne desideratum amittat q̄ est portio eius. Vnde osequēter subiungit dicēs **Hycol.**

Oratio mea dñe] q̄si dicat. fiat mihi spero q̄ tu sis pars a portio mea in fu **Iero** qui ē lingua tura bū tudine mundi superbiā: honorū fastigia: diuiciaz q̄ iactantiā. et in celuz collocat thesauros: huius portio efficit deus.

Mi. Vnde autez spes ista hanc portionē osequendi surgat osequenter declarat dicens [dixi] ꝙ decreui [custodire legē tuā] p tuū vsū liberi arbitrij tua gratia informati. Et q̄ ad huius vsus cōtinuationē facit oratio deuota Ideo subdit **Hugo** Deprecatus sū faciē tuā] ꝙ misericordiā tuā qua peccatores dignaris respicere. Et addit [in toto corde meo] ꝙ taz intellectu q̄ affectu [miserere mei] cōtinuādo in me tuū vsum liberi arbitrij. cuius continuatio procedit ex gratia dei [secundum eloquiū tuū] q̄s dixisti. Petite et accipietis **Hugo** Cogitaui vias meas] ꝙ processus in tuo qui sūt tardi ex fragilitate humana. sed sūt festini ex grā diuina. Ideo subditur [cō uerti pedes meos] ꝙ sēsus a affectus meos [in testimonia tua] **Iero.** id est in precepta tua vt ea opere opleam **Hugo** Paratus sum a non sū turbatus vt custodiā mandata tua **Hugo** Acsi dicat Etiā propter mandata dñi custodiēda paratus sū pati. q̄a ꝙ Petri. ij. dī. Si quid patimini propter iusticiā: beati

Mic. Et quia cursū bonorum demones suis tēptationibus nituntur impedire. Ideo subditur [Funes peccatorum] ꝙ tēptationes demonū [circumplexi sūt me.] ad impediendū me in bono ope [a lege tuā non sū oblitus] tua grā confortatus. Ideo subdit [Media nocte surgebā ad confitendū tibi.] cōfessione laudis

Hu Nonvacat q̄ dicat Media nocte surgebā. scit em hoc tpe primogenita egyptiorum esse peussa p que primi motus peccatum intelligun tur interempti. **Ambros** Tūc ei feruet carnis illecebra. tūc mens somnolēta est: animus q̄ occupatus est. tūc tēptator assistit. tūc retia iacit q̄b turbare possit mentē improuidā. tūc varias deceptiones pectori dormiētis infūdit vt bonū decipiat a statū mētis oturbet.

Cas Et q̄ scit sponsū media nocte venturū. Ideo eodē tpe surgit ad laudes ne īte fatuas virgines ianua celestis sibi claudat. Surgebaz g̃ in hoc tpe ad laudandū te [super iudicia iustificacōis tue

Mic. ꝙ de hoc q̄ tuo sancto iudicio voluisti me in iusticia custodire. Ideo subdit [Particeps

ego sum ⌊ex tua bonitate ⌊omniu timẽtium te ⌊timore filiali · quo ꝗs cauet offendere deũ patrem ⌊a cu stodientium mandata tua ⌊p sanctam opationem. Et ꝗa predicta gratia diuina omnib⁹ offertur ad eam se debite disponentib⁹ Ideo sb dic̃. ⌊Misericordia tua dñe plena est terra ⌊p quã iustificas impiu Et quia ꝗnto plus habentur bona spualia tanto pl⁹ desiderant̃. Ideo subdit ⌊iustificationes tuas doce me ⌊bona spualia in me augmentan

Iero. vt ipas iustificacões do ⌊hoc est mandata tua intelligã · predicema ope opleam.

BOnitatem fe ci Theth

Sequitur capl'm · ix cui preponitur nona lra hebraica que ẽ Theth · cui⁹ interpretatio est exclusio · Scriptuz est em̃ de caritate · qz caritas foras mittit timorem

Mic. Caritas em̃z christi vrget nos ad opus bonũ ex cõsideratione beneficioruz in mente et corpe receptoruz · quod iste ppl's fidelis ꝺsiderans ꝺsequenter ait · b.

BOnitatez feciſti cuz seruo tuo dñe ⌊aiam ei ofrẽdo ad imaginem tuã creatam · a lõ gratie superabdendo que fuerũt data homi ni in statu innocentie · a post lapsũ dantur in baptismo · a ante dabãtur regulariter in circũcisione · ⌊fm verbũ tuũ ⌊prout habet Genes · Faciam⁹ hoiem ad imaginem · ꝗntum ad lõ nature · a similitudinem nrãm quantũ ad lõ gratie · Et quia non debet hoc homini sufficere ꝙ sp debet perfectum in spualibus que rere ſm qꝺ dicit Aug⁹ in li · de pfectione iusticie · Nemo inquit cũ mutuz pfecerit : dicat mihi : sufficit · exiit de via ante terminũ · Ideo vltra petit dicẽs BOnitatem ⌊quantuz ad pfectionem appetitus ⌊et disciplinam et scientiam ⌊ꝗntum ad pfectionem intellect⁹ ⌊doce me ⌊am pliori gratie tue illustratione · Et dicit disciplinã quantuz ad cognitionem moraliũ · a scientiã quantũ ad cognitionẽ

Call. de⁹ bonitatem : inspirando caritatis desideriũ · docet disciplinã cũ in tribulationibus paciam donat · docet scientiã videlicet vt discretionẽ habeat a sciat discernẽ inter numa malũ · inter vitam a mortẽ · inter corp⁹ a aiam

Call. Sed aliter docet eum magister human⁹ · Ille vba promit sed intellectuz non potest eaz rerũ prestare que precipit de⁹ autem prius cor illuminat vt intellectum electoruz eius verba discendãt. Sequitur ⌊quia mandatis tuis credidi ⌊ea ope re complendo

nicol Et quia inter dibeneficia ad animaz pertinentia nõ solũ est collatio gratie sed etiã correctio culpe sine qua non transitur presens vita · Ideo subditur ⌊Oremus ꝙ humiliarer ⌊ꝑ tuam correctionem ⌊ego dereliqui ⌊incurrendo culpam ⌊ꝑterea eloquiũ tuuz ꝺ stodiũ ⌊ex diuina em̃ correctõe experitur homo qantum bonum

sit deo obedire. ¶ Bonꝰ es tu ⁊ grati
am ꝓferendo. Et quia bonus est fui
ipsius diffusiuũ. Ideo subditur ⁊
in bonitate tua doce me iustificatio
nes tuas ⁊ bonitatẽ tuã mihi cõmu
nican. **Cassi.** Consequẽter petit
do. bonitatis auxilium
vt iustificationes dñi quas lectio
ne didicerat: in suo certamine decla
raret. vn
de subdit **Ni.** ¶ Multiplicata est
sup me iniquitas
superborum ⁊ demonũ me conan
tium impellere ad peccatũ. ego au
tem in toto corde meo ⁊ videlz intel
lectu ⁊ affectu. **Iero.** ¶ scrutabor
mandata tua ⁊ consolationem req̃
rens in eis vt sic euadam eorum tẽ
ptamenta. **Cas.** Coagulatum est sic
hac cor eorꝫ ꝑ
temptamenta **nico** ꝓ malicia
oppressum
qꝫ spiritus maligni sũt in malicia
obstinati. ego vero legem tuã me
ditatus fui ⁊ **Cassio.** Ad facilꝰ
eis resistendũ vt eorũ crudelis ob
stinatio pia pseuerantia vincerẽt.

Ni. ¶ Bonum mihi domine qꝫ
humiliasti me ⁊ ꝙ per in
sultus ⁊ temptationes demonũ de
disti mihi cognitionem fragilita
tis mee ne ex domis tuis caderem in
sup biaz. Hoc modo dicebat Pau
lus .ij. ad Cor. xij. Ne magnitudo
reuelationũ extollat me: datus est
mihi stimulus carnis mee angelꝰ
sathane q̃ me collaphizet. Ergo
ad hoc ꝓmisisti me temptari ⁊ vt di
scam iustificationes tuas ⁊ vt fa
cerem que docuisti Et qꝫ experimẽ
to ꝓprie fragilitatis mouẽt homo
magis ad discendũ artẽ defendẽdi
se ctra impugnationẽ demonũ q̃
habetur ꝓ vetus ⁊ nouũ testamen
tum. Ideo subditur. ¶ Bonũ mihi
lex oris tui ⁊ qa decez precepta decа
logi locutus est de monte synai
ꝙ angelũ psonam dei repntantez.
Et legem euangelij locutus ẽ nob
ꝑ filiũ in carne apparentem. sm qꝫ
dicit ad hebꝛ Nouissime locutus est
nobis in filio quez constituit hẽre
dem vniuersoꝝ. Sequit ¶ super mi
lia auri ⁊ argenti ⁊ super oẽs mũ
di diuicias. quia tanto spualia ex
cedunt tpalia quanto illa que sũt
anime corporalibus preferuntur.

Hugo Vnde in glosa dicitur
Plus diligit caritas
legem dei qꝫ cupiditas milia auri ⁊
argenti

Manus tue do
Joth Sequitur ca
pitulum decі
mum cui prepomitur decima littera
videlicet Joth que interpretat pn
cipium. Vnde fidelis populus pn
cipium sue creationis rememorãs
petit illuminationem intellectus
sui dicens ¶ Augustin⁹

Manus tue ⁊ dei virtus ⁊ dei
sapientia videlicet christus
dominus ¶ fecerunt me ⁊ fm animã
ad imaginem tuam. ¶ ⁊ plasmaue
runt me ⁊ fm **Ni.** i statura recta
corpus ad videndũ de
um vt videliz homo ex figura cor
poris quodammodo deꝯatur ctẽ
plari ⁊ amaẽ celestia. Vnde poeta
dicit. Os hominі sublime dedit ce
lumqꝫ videre Jussit ⁊ erectos ad sy

dra tollere vultus. Et similiter cuz
q̃reret ab Impedo de Curvivueret.
Respondit Vt astra aspiciam. sub
tralxe cælum: nullus ero. Sequitur
Da mihi intellectuz Hoc est eleua
tionem a illuminationē intellect9
ab te cognoscendū a amandū. Ani
ma autē humana ad imaginez dei
creata capax est ipsius p cognitio
nem a amorem. Et declarat quo fi
ne petit intellectum dicens Vt di
scam mandata tua ipsa intelligē
do a opere Cass Petit ergo po
complendo pulus fidelis
intellectum vt quem Adam p mo
lredientiam pdidēat: idem popul9
p deuocōnis obsequia mereretur

nicol Qui timēt te timore fi
liali videbunt mea leta
būtur qui a caritas gaudere facit
de bono proximi quia i verba tua

hug vim promissione verboruz
tuorum Superspraui ḡa
plus daturus es iustis tuis q̃ pro
misisti. Sensus talis est Qui timēt
te: videbunt iustum. a letabunt.
quia inde eis ē leticia quia viderūt
bona opa Ambros Est enim
ra tua insitum
homs vt affectu pio castum pudi
cus: sapiens prudentē: misericors
liberalem diligat. a virtutes suas
in alijs amet. Plerisq enim iusti
aspectus: admonitio correctionis ē
perfectioribus vero leticia est. Ma
gna enim virtus est in oculis. q8
apparet in naturalib9. Basiliscus
vero si q8cunq animal viderit pri
or: hoc suo visu fertur occidere. Ipe
quoq serpens dicitur mori: si fue
rit hominis preuentus aspectu. Er
go si tanta virtus est in oculis ser
pentis vel i oculis hominis vt si al
ter alterum prior viderit: possit oc
cidere. Nunquid est virtus in oculi
iusti qui est repletus virtutis gra
tia. Sed qui videt iustuz debet scire
quid videat. non illum videt in cor
pore. non in vestimento. non in pa
trimonio. non in vultu. Animus vi
det qz non illum videt nisi eius vide
rit mentem. nisi eius sermonez in
tenderit. nisi sensus illius potuerit
comprehendere a sapientiaz de tra
ctatu eius assumere. Tunc igitur
letabitur cui ista perspexerit a cog
noue

Mic. Et quia homines ali
rit ea quando ex fragilita
te humana committunt aliq̃ pro
pter que a deo puniuntur i hac vi
ta ne postea grauius puniatur. si
cut patet. iij. Reguz. xiij. de viro dei
qui seductus a falso propheta i be
thel redijt propter qd a leone occi
sus fuit. tamen leo eadauer ei9 nō
tetigit sed seruauit ad ostendendū
peccatum eius illa pena deletum a
in alijs actibus vite sue eius meri
tum Deo subditur Cognouī do
mine id est expertus sum etiam i
passionib9 meis quia equitas iu
dicia tua quibus punis licet ipa
aliquando sint occulta a inverita
te tua id est iuste Humiliasti me
per tua flagella. Erat misericor
dia. im peccatorum meoruz deletio
ne vt consolet me de spevite eter
ne secundum eloquium tuuz ser
uo tuo Cassiodor. id est se
cundum

illam promissionem qua respondetur in euangelio se tribulatos relicturum minime in passionibus.

Nicolaus ⁋ Veniant mihi miserationes tue et viuam ⁋ vita gratie in presenti et vita glorie in futuro. ⁋ Qa lex tua meditatio mea est ⁋ Que quidē meditatio est dispositio ad gratiā habendā. et habitam augmentandā. Et quia ex profectu bonoruz causatur confusio demonum Ideo subditur ⁋ Confundantur superbi ⁋ id est spiritus maligni qui de celo propter suam superbiam sunt dieti ⁋ quia iniuste iniquitatem fecerunt in me ⁋ Licet enim demones iuste a deo permittantur nos temptare: tamen potestate sibi cessa vtūtur iniqua voluntate ⁋ Ego autē exercebor in mandatis tuis. ⁋ quia quāto homo sentit se a demonibus plus temptari: tanto magis debet in bonis operib9 exerceri. Et quia in pugna contra demones indiget homo suffragijs bonorum Ideo subdit ⁋ Conuertantur mihi ⁋ id est ad auxilium meum ⁋ timentes te ⁋ timore filiali ⁋ et qui nouerūt testimonia tua ⁋ intelligēdo et operando precepta tua. Et qa per bonum exercitium purificatur cor humanum. Ideo subdit ⁋ Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar ⁋ in presenti per lapsum culpe. et in futuro per lapsum in gehennā

Ambros Que autem sunt iustificationes. ⁋ Audi prophetam dicentem. Dic iniquitates tuas vt iustificeris. Ergo qui iniquitates dicit: iustificatur. qui autem iustificatur non confunditur. quia pudorem peccatorum matura confessione perimit.

Defecit in salutare tuum anima mea

Caph Sequitur capitulum vndecimum cui preponitur vndecima littera scilicet Caph. que interpretatur incuruātur fiuati sunt

Hu. deles velint nolint per hec infima. qb9 diu in hoc corpore detinentur: qd corrumpitur et aggrauat animam. mens tamen eorum ad superna rapitur cum in amore accendit contemplacōis diuine. de qua consequenter subdit dicens

Defecit Nicolaus Circa quod sciendum q9 quanto plus anima in contemplatione eleuat: tanto magis ab occupatione exteriorum se suum retrahitur. Et quando contemplatio multum intendit: sensus exteior ab actu suo cessat et impeditur vt patet in raptu. et sic anima quodammodo deficit in quantum cessat ab actu exteriori: absorpta in contemplatiōe summi boni a delectatione sequenti. et hoc est quod dicit. Defecit in salutare tuū anima mea. ⁋ quia talis defectus est salutaris

Gregorius. iiij. mor. Naz quo quisq9 robustio9 etna appetit eo a tēporalib9 salubri de

fectione Ambrosius de
lassatur. ficere enim est migrare vnumquemq; totis studijs ad id quod diligit. Illud enim cogitat. illi adhæret. illud personat. illud in mentis gremio fouet. in id quadam defectione transfundit. a hoc solū timet ne illud possit amittere. Attollatur igit anima nostra defectiõ suis viribus vt adhæreat summo bono christo salutari nostro per quod fiet eternaliter beata

nico. Et in verbuz tuum superspera ui. quo promisisti vitam beatam. Quanto enim quis in contemplatione eleuatur: tanto magis de veritate huius promissionis certificatur

Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū. q; quãto oculi interiores anime plus eleuantur in deū tanto magis diuinam bonitatem percipiūt a veritatem. que in sacra scriptura diuinis eloquijs exprimunt transcendere in infinitū. a p consequẽs accendit eius desideriuz ad videndum deū immediate atq; eo fruendum. Jdo subditur. dicẽtes quando consolaberis me. s. in pfecta beatitudine. Et ꝙa ex tali eleuatione ad diuina rõditur. hõ quasi insensibilis circa exteriora agibilia. Jdeo subditur. Q Via factus sum sicut vter in pruina. Vter enim in pruina derelictus videtur nõ applicabil vltra humanis vsibus. a hoies excellenter cõtemplatiui reputantur in agibilibus a politicis v actib9 mundanis quasi stolidi. Vnde a iiij. Re. ix. Principes exercitus q erant cuz hyeu dixerunt de pheta qui venerat ad eum insungendum. Quid venit insanus iste ad te. s. Et in figura h9 facies Moysi apparuit cornuta ex collocutione dominivt habetur Exo. xxxiiij. Excellenter ergo ꝯemplatiui ab hominibus mundanis reputantur fatui. a tamen sm veritatem sunt sapientissimi. qz sapia consistit proprie in contẽplatione prime cause non solum scd̃m scõs sed etiam scd̃m phos vt habet primo metaph. Et quia excellent cõtemplatiuis vita presens vertitur in tedium. Jdeo subditur. Q Vot sunt dies serui tui. id est qñ diu retardabit a beatitudine celesti. Hoc modo dicebat Paulus ad philip. primo. Desiderium habeo dissolui et esse cum christo. quando facies de persequentibus me iudicũ. id est de diabolo cum ministris suis infernalibus temptantibus me. Extremum enim iudicium in quo demones generis humani persecutores detrudentur in infernum a sanctis. et maxime a cõtemplatiuis hominibus desideratur. quia tunc vita contemplatiua nunc inchoata cõsummabitur. Vnde dicit August. super Jobem exponens illd. Sic eũ volo manere donec veniam id ẽ in choata contemplacõ manet donec veniam: tunc perficienda cuz venero scilicet ad iudicium. Consequẽter subiungit de impedimento huius tatis que est in contemplatione dicens. Q Arrauerũt mihi iniqui fabulationes. q nulla obtinent veritatem seu vtilitatem. sc̃d nõ vt lex tua. que

nullã falsitatem continere potest: cum sit a prima veritate diuisata. Ideo subditur ¶ Omnia mandata tua veritas ¶ Call ¶ Omnes qui ¶ sciz hereticí et p fidi ¶ persecuti sunt me ¶ iuuando peruersa aut falsa suadendo. Idcirco ¶ adiuua me ¶ vt possim eoz pfuasionem superare ¶ Hug ¶ vel ¶ Paulominus ¶ oppresserunt me in terra. ¶ quasi dicat Fere ad nihilum redegerunt me sed tñ non ex toto. qz ¶ ego autẽ non dereliqui mandata tua ¶ Et qz hoc nõ potuit ex virtute humana: ꝫ ex bonitate diuina magis. Ideo subdit ¶ Secundũ misericordiã tuã viuifica me ¶ in vita eterna. vbi sãcti nulla otrarietate pulsantur. ¶ a custodiam ¶ vsqz ¶ testimonia ¶ Nico. oris tui ¶ videlicet pcepta decalogi. aut verba sãcti euangelij que proprio ore protulisti.

Lamech

Incipit capl'm. xij. cui ꝑponitur lra. xij Lamech. que interpretatur cor. In hoc capl'o fidelis populus cor in domini mandata cõstituens: asserit verbũ domini nequaqz habere terminum dicens

¶ Eternum dñe verbum tuũ permanet in ¶ celo ¶ Hug Hoc de angelis dicitur qz in celo permanet verbum dei in eternũ ꝙa iam nihil possunt facere â velle nisi qđ deus ordinat a vult. Vñ vt nos eius voluntatem oñmino faciam⁹ sic petim⁹. Fiat voluntas tua sicut in celo a in terra vt. s. sicut angeli sũt oformes in celo voluntati diuine. ita sint a homines in terra. Post celũ vero terrã intuens subdit ¶ In generacõne a generacõnem ¶ Iero. Vna generatio legis ẽ propletarum. alia euangelioz In his generacõib⁹ veritas dei pmanet qz nihil mendacij in scripturis sanctis ꝓtulerunt ¶ Hugo ¶ fundasti terrã ¶ vt ecclesiam in fide christi ¶ et ¶ in ea ¶ permanet ¶. Sequit ¶ Ordinatione tua pseuerat dies. ¶ diem vocat claritatem eternam

Call. Nam quotiens in singulari numero dies ponitur venturus ille signatur qui vnus atqz eternus est. a non habet noctem. de quo scriptum est. Et erit illis dominus lumen eternum. ¶ quoniam omnia seruiunt tibi ¶ videlicet illa quibus dies perpetuus erit vt excludantur illi qui infidelitatis tenebras patiuntur qui domino nõ vidＥntur seruire Nicolaus Et ꝙa cõtra casum peccati maxime valz diuine legis meditacõ sicut dicit Hieronimus ad Rusticũ monachuz Ama scripturarum sanctarum studia a carnis vicia non amabis Ideo subdit ¶ Nisi qz lex tua meditacõ mea est ¶ id est nisi fuissem occupatus in tali meditatione. tunc forte perissem. per lapsum in culpam grauẽ. in humilitate mea. videlicz impulsus corruptiõe mee carnis q̃ ex sua vilitate rõ est mee hũiliacõis sm

illud Mich. vi. Humiliatio tua in medio tui. Et q̄ tale ꝺseruatiuum ꝺebet diligēter custodiri tanḡ val de necessariū Ideo sḅdit. Ne eter num nō obliuiscar iustificationes tuas que ꝺtinentur in lege tua. q̄ m ipsis viuificasti me. p earuꝫ meditationes p̄seruando me a pec catis. Idō ꝺcludit vlteri⁹. ꝺ. Quus fū ego. eo q̄ vitaꝫ meā seruasti di cto mō. salutū me fac. de futuro sic de p̄terito. qm̄ iustificationes tuas ꝺm decalogo ꝺscriptas. exq̄siui. intellectu Call. Alij ei honores a affectu seculi appetunt Alij coniugia quer̄ūt. alij gaudia mundi ꝺcupiscunt. Ist e sibi mesti mabiles putat eē diuicias si iugit mādata dn̄i pbaret exquirere. Et necesse mḡt habeo vt salutuꝫ me fa cias. q̄. Me expectauer̄ūt. longo certamine: latenter mihi insidiādo. peccta nico. vspūs malignī tores. peccato obstina ti. vt perderent me. p lapsuꝫ mor talis culpe. testimonia tua intelle xi. Intelligere em̄ est intus legere a sic eorum insidias euasi. q̄ sacre scripture deuota meditacō ē arma tura ꝺtra temptationes demonuꝫ. Et q̄ ex tali meditatione intelligit finis pfectionis humane. Idō sub ditur. Omnis ꝺsummationis. vi humane pfectionis. vidi finē. Et quis sit iste finis ꝺsequenter ostē dit dicens. latū mandatū tuum nimis. Istud est mandatū caritatis qđ est tante latitudinis vt se etiaꝫ extendat ad inimicos diligendos. a vniuersa delicta operiat sic dicit prouer. x. Vniuersa delicta operit caritas. Cui autem sit finis pfecti onis humane patz. vt ad Thym. vbi dī. Finis p̄cepti est caritas. vt dilectio dei et proximi. Vnde salua tor ait Math. xxij. In his duob⁹ mandatis. hoc est in dilectione dei a proximi. tota lex pendet et pphe te. Hug Omnis ergo consūma tionis. vt omniū p̄cce ptoꝝ. vidi finem. vt perfectionez le gis esse ca Call Si aūt ad litte ritatem rā hoc velis ad uertere. potest etiā accipi q̄ reb⁹ secularib⁹ terminus videtur sp im positus. Mandata aūt dn̄i nost hūt finem. quod ideo sic positum ē: vt nec ambitiones seculi aliq̄s de siderantes expeteret q̄bus finē da tum esse sentiret. a mandata dn̄i mi nima festinatione p quireret q latissima comprobaret.

Quomodo dilexi Men Hugo

Sequitur capitulū. xiij. cui p̄ponit. xiij. littera hebraica scilicet Men. que interpretatur viscera: vel ex in timis. vnde caritas intelligitur que tanq̄m ex intimis cordis medullis accenditur quam se fidelis popul⁹ totus viribus diligere ostendit cū admiratione ita dicēs

Quomodo dilexi legem tuam dn̄e. q̄ in nouo testamēto ꝺti netur. Et mīdet. ꝺ. tota die. vt cōti nue. meditatio mea est. id est de ea a mea medito. Jeron. In hoc apparet eum legez dei diligere

qui per omne tempus vite sue ea⁊ cognoscitur
Cass. Si quis cau
meditari.
sas quasdam q̄ respectu dñi sub moderacōne
disponit: si cibos temperanter accipiat: si somnos deuementer capiat
si se honesta a probabili actione cō
mendat: lege⁊ dei meditatur sicut
dic̄ apl's. Siue ēm manducatis: si
ue bibitis: siue aliq̄d aliud facitis
omnia in gloriā dei facite. Sequit
Super inimi
nic. a. super inde
cos meos
os a infideles. qui celit quantū ad naturā sūt
amici: tamen q̄ntū ad infidelitate⁊
sunt inimici. sup hos prudenter me
fecisti ꝙ prudētionē ipīs i hō mā
dato tuo ꝙ p mandatum tuum a
me vere intellectuz. cui fideliter obe
diui quia in eternuz mihi est Ju
dei etsi habent sacram scripturam
non tñ intelligūt eam vere: sed per
uer
Hu
Iste g iustus prude
se.
tior factus est illis per
fidem christi: fideliter scriptuās in
telligens. Et q̄a in dei ex mandato
dei tpalia que fierunt Ideo non fu
it illis in eternuz. Isti vero mādatū
dei ꝙ dilectio eius manebit in eter
num. cuius premiū est ipse dilcūs
dñs christ⁹ qui
nic.
Et qua de
est eternus
sacra scp tu
ra docet hō dupler. Vno modo ab
hoie perito in intellcū sacre scpture
Et in tali noticia discipulus aliq̄n
trāscēdit mgrm q̄ hz darius inge
nium a diligentius exercitiū. sicut
contingit in pluribus. Et in psona
taliū dicitur
Super omnes doc
tes me intellexi videlicet sacre scri
ptui testimonia.
ptui re veritatem. Cuius causa sub
dit. Lq̄ testimonia tua meditatio
mea est ꝙ meditatio mea circa te
stimonia tua otinue versat quātū
hūana fragilitas patit. Alio mō
docet hō a deo sic edocti fuerūt apli
de q̄b⁹ dicit Jero. in epla ad Dau
mū de oib⁹ sacre scripture libris
Quicq̄d alijs exercitacōe a quotidi
ana in lege meditatio tribuē solet
hoc illis spiritussanct⁹ suggerebat
Et erant: sm q̄ scriptum est: docti
biles dei. Hoc etiam modo fuerūt
edocti plures alij sancti sicut de be
ato Francisco a Antonio legitur a
pluribus alijs. Et iste modus se
cundus sciendi est excellentior pre
cedentibus. Propter quod in psō
na taliū ꝟbditur
Super senes
exercitium longi tpis scripture no
ticiam hñtes intellexi ex diuina
inspiratione. Cuius causa subdit
Lq̄ mandata tua exq̄siui ꝙ intelle
ctuz vbz tuoz a te mihi dari deuo
ta oratione petiui. a dedisti m sicut
scribit Sap. iij. Invocaui a venit i
me spūs sapie Seq̄tur
Omnem
via mala q̄ ducit ad p̄ditionē p
hibui pe
hug
ꝙ cogitacōes a af
des meos
fect⁹ q̄ prom sunt
ad malū ab adolescētia sic dī Gen.
viij. Vt custodiā vba tua. Nyc
ꝙ māda ta negatiua q̄lia sunt Nō
occides. Nō mechaberis. Nō furtū
facies. a filia q̄ phibent malū
iudicijs tuis. in lege diuina otentis
nō dedinaui: q̄ tu legē posuisti in.
iero
Lege⁊ mandatorū a te sus
cepi a statuisti q̄ si ab his
dedinare ieno iudicio damnarer

Mi Et qz ex eo cū obfuātia expe
ctaē optūa ẽtributio dēlcāns
aīaz. Jō sb dic Quā dulcia fāucib⁹
meis eloq̄a tua: sup mel ori meo
Os a fauces accipiuntur metaphō
rice p viribus supioribus amīe
videlicet ratiōe q̄ intellectu anime.
quibus dulcedo celestiū in pnti ali
quo modo sentitur a pgultatur a
p̄sequens peccatum qđ est huiꝰ
dulcedinis impedimentū obtur.

Jero. Nam sicut mel visibile
amaritudines arcet no
strarum fauciū: ita eloquijs domi
nicis amaritudines nostroz crimi
num mitigantur Mandatis tu
is intellexi Nyco. videlicet dul
cedines tue retributionis fm qđ di
citur Isa. lxiiij. Oculus nō vidit de
us absq̄ te. q̄ auris nō audiuit que
preparasti diligentib⁹ te Propte
rea odiui omnem viaz iniquitatis
quia ipsa impedit consecutionez
predicte dulcedinis a suauitatis

Lvcerna pedi
bꝰ Nun Sequitur xiiij.
capm cui p
ponitur ītā hebreorum xiiij. Nun
ambro que interptat vi
cius. Ecce ipse litterre
hebreorum testificantur dominuꝫ
Jesum esse vnicum patris filium.
Hugo Cui fidelis populus at
tribuit bona sua .b.

Lvcerna pedibus meis verbuꝫ
tuum & scriptua euangelica
ē directio intellectui q̄ affectui meo.
ne in tenebris huius mūdi mercēs
cadam in foueam peccatoꝝ. Lq̄ lumē
semitis meis Nico. Qz verbum tuuꝫ
diuinū nō solu
dirigit in adimplendis preceptis
diuinis: sed etiaz consilijs euange
licis que dicitur semite quasi vie
strictiores q̄ magis compendiose.
Qui autem sic in dominicis præce
ptis dirigitur dicit quod sequitur
Iuraui q̄ statui id est firmiter
q̄ sine mutatōne disposui custodi
re iudicia iusticie tue per quaz iu
sticiam peruenit homo ad salutez.

hugo Et quia qui vult custo
dire iusticiam pleruꝫq̄
multiplicater affligitur. Jō subdi
tur Humiliatus sum vsqueq̄q.
humiliatione afflictionis quia vsq̄
quaq̄ passus sum multaꝫ ad
uersitatum aug Pro eo q̄ sta
tui custodire
iudicia iusticie tue Et ne in tanta
humiliatione ipsa fides deficeret:
addidit domine viuifica me dan
do mihi patientiam fm verbū tu
um de quo in alio psal. dī Cui ipo
sum tribu nic Consequenē ostē
dit se in tribula
tionꝫ non deficere si magis deum
laudare dicens Voluntaria oris
mei & sacrificia laudis a me tibi
voluntarie oblata ut beneplacita fac
die & sint tibi cass Laudes in
acceptabilia ocio exhibe
re: deo gratissimū est. si in tribulatiōe
ampliꝰ probaē eximiū & p datū q̄ in
firmitas corpis dolore pressa non
vincit. si tūc magis aia felix in dñi
laudibꝰ excitat Jeron. Lq̄ iudi
cia tua & mandata tua. doce me. ꝛ
vt ea intelligaz q̄ impleā Anima

mea ¶ manibus meis semper.

hug Acsi dicat Doce me obedie mandatis q̃a anima mea parata est semper ad suscipiendū doctrinam tuam. et legem tuā nō sum ob litus. **nico** . corde: a exequēs in ope. Et hoc probat ꝯsequenter dicens. Posuerunt peccatores. ¶ demones. laqueum mihi. ¶ decep tiones a lege. **Cass** In hac em̄ cebras secuti mūdi filia tot laqueos muenis quot vicia cō tueris. sed populo fideli mihi terre nus prevalere potuit q̃ se celesti cō uersatione tractauit. vnde subdit. a de mandatis tuis non erraui. sed in eis permasi p gr̃am tuā me preseruantem. Hereditate acqui sui testimonia tua. ¶ tua p̃cepta decalogi vt tibi obediaz. in eternū.

Hugo Causam subiūgit. qz exultatio cordis mei sunt. Et in hac exultacōne. Incli naui cor meum. vt humiliter serui rem. ad faciendas iustificationes tuas. ¶ opera bona que a te sunt a iustificant vt pote sunt opera mi sericordie videlicet esurienti panē frangere. nudum vestire. a similia de quibus dicitur Lu. xi. Date ele mosinā a oia munda sunt vob. Et addit. In **Cass** . nō q̃ in futuro eternum . misereatur q̃s afflicto. cū in illo regno nulla plēt esse miseria. sed q̃ fructū ¶ premi um earum elemosinaz sub eterni tate recipiet. vnde subdit. Propter retributionem. videlicet illaz quā aubituri sunt sancti. Venite benedi ci patris mei percipite regnum. Magna retributio que tamē de do mini prouenit largitate: incolam fieri regni perpetui: consortem be atorum angelorum: patriam suscipe re que semper delectet nec vlla pe regrinatione deseratur

Miquos odio ha Bamech

Sequitur capl̃m .xv. cui prepomit̃ xv. littera. ſ. samech **Hugo** q̃ interpretatur aubi. Vnde admone mur vt diligēter aure cordis aubi amus a consideremus q̃ de odio ini quoz dicunt hoc mō

Miquos odio habui. non inquātū sunt hoies. qz sic sunt diligendi. ut xta illud. Diligite inimicos vr̃os. ſ inq̃ntum sunt pccōres odiendi sūt videlicet vt odio habeam⁹ in eis vi cia: a ame **iero** . lege tuam mus naturā . dilexi. q̃a qđ p̃cepisti: ope impleui. Et q̃a ad hoc req̃ritur auxiliū dei. ideo subdit

Aug⁹ Hdiutor. ad bona fa ciendā. a susceptor me us es tu. ad mala euadenda. a in verbū tuuz ¶ filiuz tuum. supsperaui **Nycol** id est super omnes i ipso speraui. quia in eo beatam vi taz promisisti abrahe a semini ei⁹ id est omni fidem eius imitanti

Hugo . Dedinate a me ma ligni. tam vos demones q̃ pueri homies. a scrutabor. in ebitando. mādata dei mei. demo nes enim suis pessimis suggestio nibus. a pueri homies contentio sa semper malignitate impedīūt

te ne studio ā oratione possis scru
tarí dei tuí Jero. Si fi volueris
mandata penitentiam a
gere segregari habes ab illorū cō
sortio a dicere dño Hugo
Vscipe me fm eloquiū tuū id ē
fm promissionem tuam Et viuam
vita gratie in presēti. a vita glorie
in fu Nico. Et non confundas
turo me ne me o fun
di permittas in frustratione spei
mee. Ideo subditur Ab expectacōe
mea Spes est certa expectatio fu
ture beati Cass Beata em est ex
tudinis pectatio: vbi cer
ta est promissio. Expectatio itaq; san
ctorum: est celoz regna angelorū
q; consortia promereri. et quod sup
totum est ipsuz ingiter videre quí
in beatorum coīe solz semper dul
cescit Hug. Et quia hō non pt
re eam consequí vtu
te propria Ideo subditur Ho
ua me contra inimicos qui me vo
lunt perdere Et saluus ero im aia
a meditabor in iustificationib9 tu
is semper vq; diuinaz memorie
tenebo qualiter me iustificaueris
nic Et qa peccatores a spe dicte
beatitudinis defraudantur
Ideo subditur Hpreuisti omnes
discedentes a iusticijs tuis Cas
sio. Nam cum sit iustificacō pec
catorū: mentis pura confessio. me
rito superbi spernuntur a dño qui
se tali remedio sanare despiciunt.
Addit itaq; qm iniusta ē cogitacō
eoz videlicz velle peccare. a iustis
simo iudici nolle satisfacere. Meri
to igit tales ab absolutionis grā
submouentur qui totiens moniti
hic pio dño satisfacere contempse
runt nicol. Propter quod ad
huc subditur Qui re
naricantes putauí omnes pecca
tores terre id est declinantes a le
ge naturali. vel a lege moysi data.
Ideo dilexi testimonia tua id est
legem gratie que recte facit incede
re per viam veritatis a iusticie. Et
quia carnis petulantia id est furi
ens luxuria frequēt impedit gra
tiam in hac vita Ideo subdit Con
fige timore tuo carnes meas id ē
mortifica in me omnes motus car
nales a iudicijs enim tuis timui.
quibus totum mundum fumer
fisti aquis diluuij pter peccatum
luxurie Omnis enim caro corrupe
rat viam suam. vt habetur Genes
vi. Et zodoma cum alijs quatuor ci
uitatibus igne sulphureo succēdi
sti propter enormitatem luxurie vt
habetur Gen. xix. Et non solus ho
rum iudiciorum consideratio. verū
etiam futuri iudicij recordatio con
figit meam carnem. motus eius il
licitos exprimendo timore casto at
q; perfecto. qui nō tm habet ante
oculos formidinez vindicte sed ve
hementer etiam metuit amissionē
gratie in qua fidelis viuit per quā
omnis reficitur christianus. Con
figi ergo se populus fidelis timoē
dominí deprecatur vt moriendo vi
uat qui prius male viuendo mori
ebatur.

Feci iudiciū Ayn Sequit capitulū. xvi cui ꝑponit̄ lra. xvi. s. Ayn.

Ambro. que interp̄tat oculus vel fons. Dum autem bona p̄videm⁹ a agimus fit nobis oculus cordis fons iusticie quā se ꝑfectus fidelis auz primo iuste viuendo fecisse testatur: dicēs.

Feci iudiciū. Hugo discernēdo bonuz a malo. La iusticiā. primuz nō lendo. Lnon tradas me.

Nico. ne tradi me permittas. calūmiantibus me. ⁊ de mombꝰ mihi semp nocere q̄rentibus. Valet enim ad dictū auxiliū impetrādū obsequiū dō p̄stitum qđ allegatur cū dī. Suscipe seruū tuū in bonuz. s. p̄fectionis tue vt pote bonus dñs a pīonus. Lnō calūmiet̄ur. ⁊ falsē accusēt Lme fū pbi. ⁊ spūs maligni qui sunt superbissimi. Vñ de dyabolo Job. xli°. dicitur. Ipse est rex sup omnes filios superbie. O Culi mei defecerūt in salutare Hugo ⁊ iusticiaz tuum. Ac si dicēt Vt a moribus calūmiantiū non ledar: serpentē eneuz ⁊ xp̄m pro me suspensum iessanter cōsidero: sicut Nume. xxi. p̄figuratū est. La in eloquiū iusticie tue. ⁊ i verba euāgelica ipsiꝰ xp̄i p quē iusti efficimur sicut dicit Apoꝰ. Justificati gratis in sanguine ipsius sumus.

Nico. Hac cū seruo tuo fm. misericordiā tuaz. sup plendo defectū meū p tuā grāz. Let iustificatiōes tuas doce me. vt possim eas intellectu capere: a ope implere. Ad hoc allegat rōnez cum sūbit Seruus tuus ego sum. a ideo te nec implere mandatū tuū. qđ nō possum: misi intelligā ipsum Jdō. Lda mihi intellectū vt sciam testimōia tua. a sic adimplere valeaz ipsa.

Tempus faciendi dñe. q̄si dicat Non differas mihi intellectuz dare: quia tēpus est dandi. Cuiꝰ causa subditur. Ldissipauerūt legē tuā. puerse eā exponēdo: vt iudei a hereticī. nec eā recipiēdo vt pagani: atq; eā trāsgrediendo vt mali christia Cas. Et q̄ntum legē domini. dissipauerat nephā da p̄sumptio: tantū deuotus populus ad mādata eiuꝰ festinabat implenda: dicens. L Ideo dilexi mādata tua. veraciter intellecta. Lsuper aurum a topazion.

Iero. Sicut emz aurū cunctoꝝ metalloz p̄cellit preciuz ita topazius ommū gēmaz ī se cōtinens pulchritudines: ommū vincit honores. Et ideo fidelis ꝑfectus super loco ia dei mandata diligit.

Cas. Topazion vero sic quidā scribere volūt genus est lapidis: q̄ntū mutatione ratiū: tantuz merciū q̄ntitate p̄ciosuz. qui duos fertur hīe colores. vnū aureū purissimū. et alteū etherea claritate relucentē. Lampat emz cum solis splendore p̄cutit oim gēmaz superans p̄ciosissimas claritates. ī aspectū suū singulariter p̄uocans oculoz cupidissimā voluptatē. Quaz

si poliri velis? obscuras. si naturæ appetitum relinquas: irrabiat. Nec ipsis regibus esse ferè mirabilis: vt mihi suas diuitias mihil sibi possidere cognoscant. Ysidorus. li°. ethimol. Inuenta est primo in arabia insula in qua tragodite primones fame et tempestate fessi cum herbarum radices effodirent: creuerunt. q. insula postea qsita nebulis coopta: tandem a nauigantibus est inuenta. sed ob hoc locus a gemma nomen ex causa accepit. Nam topazium iuxta tragoditarum linguam habet significationem querentis. Est autem amplissima gemarum.

Cas de qua non sunt multa dicenda: ne qs scriptura dicit esse contemptibile: nos desiderabile affectata laude faciamus.

Aug⁹ Cum vero ipsa mandata diligūtur sup aurum a topazion. a sup omnes mundi diuitias mandata tua dilexi. ❡ Propterea ad oia mandata tua dirigebar. vt ea ob celestem mercedem recta intentione impleret. a p̄ ose q̄ns. Omnem viam iniquam videlicet ad peccatum deducentem odio habui.

Irabilia te

Phe Incipit capi. xvij. cui p̄mittra hebraica

xvij. viz Phe. q̄ iterp̄tat os aperiens.

Nico descriptes enim philosophi capitulo vite contemplatiue sublimitatem aperuit os suum: dicens.

Mirabilia. Circa qd sciendum q̄ ascensus ad contemplationis philosophice incipit ab admiratione: sm q̄ dicit primo metaphisice propter admirari ceperunt homines philosophari. Videntes enim effectus nature mirabiles vt eboruscationes: fulgura: terremotus a similia: ceperunt causas p̄scrutari a sic philosophari. Et eodem modo ad subtilem contemplationis sacre theologice ascendendum exemplo sanctorum doctorum: vt Hieron⁹. Aug⁹. a similes ceperunt ascendere ex admiratione q̄ videntes sacras scripturas mirabiles: ofidentes de diuino auxilio earum intellectu sanum inquirere ceperunt a deo adiuuante reppererunt. a q̄ntum ad hoc dicitur. Mirabilia testimonia tua. v. mirabiles facere scripturas.

Hiero q̄ vidi in his aliud pertinere: a aliud figurari. Lideo scrutata est ea anima mea.

Nico querendo earum intellectum in tui admirationem ofidentia. Et q̄ vna scriptura intellecta aperit viam ad aliam intelligendam. Job subditur. ❡ Declaratio sermonum tuorum. scriptorum in lege appellatis. Illuminat intellectum dat. viz in euangelijs vbi ipsorum sermonum plena fit declaratio. Paruulis. v. christianis: de quibus dicit saluator Matth. xi. Confiteor tibi dne pater celi a terre: q̄ abscondisti hec a sapientibus a prudentibus: a reuelasti ea paruulis. Et q̄ cognitio veritatis excitat appetitum ad amplius cognoscendum. Job subditur.

Os meū aperui ⁊ intellectuz extendi ad capiendū verbū dei: qđ est tibus anime. Vñ intellectꝰ dicitur hic os aie: sicut in aialibus os dī illa pars corpis p quā cibꝰ accipit ⁊ attraxi spm̄. ſ. intelligētie qui datur desiderātibus eū. Idō sb dicitur. ⁊ mādata tua desiderabā ⁊ scire a fa

Hugo Hic est argumentum qꝫ pter desideriū datꝰ hoīi gratia. ex hoc desiderio accensus subiungit.

Respice in me ⁊ aspectū p̄destinati omis ⁊ miserere mei ⁊

Nico eleuādo intellectū meū ad capiendū veritatem trāscendēteꝫ intellectꝰ mei facultatē. ⁊ secm iudiciū diligētiuz nomen tuum ⁊ sicut iuste dispoſuiſti diligētibus te facere. qꝫ sicut dī sup. vij. cap'm celestis hierarchi. Vbi cognitio foris stat dilectio intrat. Secqui

Hugo tur. Gressus meos ⁊ motus et voluntates aīe mee ⁊ dirige ſz elocūtuū ⁊ ſ. vt recte viuā ſm iussa q̄ p̄cipis ⁊ non dñet mei ois iustitia ⁊ p̄ctm̄ p qđ miseria fit deo. et ideo amittiz hēditas eterna q̄ tenet ab eo

Aug' Quid ergo aliud orat: nisi vt p̄cepta q̄ deꝰ imponit iubendo impleri faciat adiuuando. Redime me a calūniꝑ hominū ⁊ a falsis criminatōibus quas mihi inimici imponūt.

Hugo ⁊ vt custodiaz mādata tua ⁊ q̄ in litib9 et cōtentiombꝰ non possunt custodiri. Actē tuā illuminma sup seruū tuū ⁊

Aug' māi festa seruū tuū ⁊ doce me ⁊ p illumiationez gratie tue ⁊ iustificationes tuas ⁊ vt faciā eas: quod cuidētius alibi legit. Doce me facere voluntatē tuā. Recolens autē iste dolorem pēnitentie preuaricatiōis sue consequētre subdit: dicens.

Hugo Exitus aquaz deduxerūt oculi mei ⁊ oculi mei p quos intrauit in me peccatū corde iterius otrito eduxerunt lacrimas. ⁊ qꝫ non custodierūt legē tuā ⁊ illecebras huiꝰ seculi attrahen

Cass' dignū ergo est vt p do. illos culpa mundet: p qs a excessus admittitur.

Iero' Vera est enim pnia iugit fletibus cōmissa diluere a abluta non iterare.

Justus es domine.

Bade Incipit. xviij. cap'm cui prepomitē trā. xviij ſ. Sade: que intrp̄tat consolatio: q̄ recte post fletū sequit. Vñ popu pulus fidelis q̄ p fletuz in se punit peccatū deū: qui pnitētibus remiā pmittit iustū esse denūciās: ait.

Justus es dñe ⁊ qui peccatores punis. ⁊ rectum iudicium tu

Cass' quo iubes peccatores. res se affligere vt eos tua dexeat medicina saluare.

Nico Mandasti iustitiaz ⁊ p̄cepisti ⁊ legē tuā ⁊ ſ. iustitiā otinentē ⁊ testimonia tua ⁊ in ipsa lege otenta ⁊ veritatē tuā ⁊ veritatez legis tue ⁊ nimis ⁊ valde: supple custodiri. Et quia dolet de

transgressoribꝰ legis. Ideo subdit
[C] Defecit [¶] liquefieri [L] me fe
cit zelus meus [¶] quez habeo circa
legem. ꝓpter hoc [L] quia obliti sunt
verba tua inimici mei [¶] facientes
contra ea ac si ea pro nihilo re
putarent. Et omnes tales reputat
psalmista inimicos suos. qꝫ sunt
aduersarij veritatis. [I] Gnitum
eloquiuz tuum vehemēter [¶] quo in
flāmat ad amorem diuinuz: q̄ pro
prie dicitur zelus eo qꝫ est amor
singularis [L] seruus tuus dilexit
illud [¶]. quia hoc sciebat ad remedi
um humani generis attributum.
Sequitur vox populi christiani. [L]
Adolescentulus sum ego [¶] respuī
populi qui p̄cessit a principio mū
di. [L] cōtemptus [¶]. quia in ecclesia
primitiua fuit populus christian⁹
multum afflictus et despectus a ty
rannis. [L] iustificationes tuas non
sum oblitus [¶] quia ꝓpter contēptio
nes et afflictiones quas sustinuit a
fide catholica non recessit. [I] Vsti
cia tua iusticia in eternum [¶]. quia
iusticia que est per fidem ducit ad
eternitatē beatitudinis. [L] lex tua
veritas [¶]. quia nullam potest conti
nere falsitatez. ꝓpter quod non so
lum dicitur vera: sed etiam veritas
in abstracto: ad denotandum veri
tatis puritatem. [C] Ribulatio et
angustia inuenerunt me [¶] in tyrā
norum psecutōne. [L] mandata tua
meditatio mea est [¶]. Meditatio enī
legis diuine prebet cōstantiam in
aduer

Jero. sitatez q̄uis tribule
tur in pēnis: coarte
tur in vinculis. vox semp libera dei
mādata meditaē assidue [L] Rui
tas testimonia tua in eternū [¶].

Nico. Tantam enim equitatē
otinent qꝫ nō solū dici
tur equa in concreto: sed equitas
in abstracto. [L] intellectū da mihi [¶]
ad cognoscenduz ea q operē adim
plendum [L] vitaz [¶] vita gratie in
pīti: et vita glorie in futuro.

Lamaui i to Caph.

Sequit̄ ca
pi. xix.

Hugo cui prepomit̄. xix. trā
Caph. que interpre
tatur confusio. Vnde populus fidel
ne temptationibus confusus fue
rumbat: ad dominuz asserit se cla
masse: dicens.

[C] Lamaui i toto corde [¶]. hoc est
intellectu et affectu feruenter
et deuote. [L] exaudi me dñe [¶].

Cas. In sola enim religiosa co
gitatione totus debet spi
ritus occupari: ne mens diuisa ef
frenum nequeat impetrare quem
postu

Aug⁹ Tunc porro in to
to corde clamat:
quādo aliūde nō cogitatur. Tales
orationes rare sunt multis: crebre
paucis. Clamor qui fit ab hominī
bus ad dominū: si sonitu vocis cor
poralis fiat non intēto in deum cor
de: quis dubitet iamitte fieri. Si au
tem fiat corde: etiam silentio corpis
voce: deum non latet. Siue ergo ci
voce carnis quādo id op⁹ est: siue
cum silentio ad deum oramus. cor
de clamandus est. Cui autem rei p
ficiat iste clamor ꝙsequenter decla

rat: dicens. **Hugo** Iustificationes tuas ⁊ mãdata tua que fuos operatores iustificant: requiram. **Aug⁹** Ad hoc emz damauit in toto corde suo: ⁊ hoc sibi desideãuit a dño exaudiente prestari: vt iustificationes eius requirat.

Hugo Non solũ ad sciendũ eas: sed etiã ad ipas opandũ: Clamaui ad te. Repetitio damoris nota ẽ magne deuotionis. Saluũ me fac salutẽ gratie in pũti vt custodiã mãdata tua que conferũt vitam beatam. iuxta illud Matb. xix. Si vis ad vitaz ingredi: serua mandata.

Nico Preuem in maturitate ⁊ damaui. qi dicat. Iste damor festim⁹ non pcedit ex impetu passionis: sed ex deliberatione rationis. ⁊ in verba tua supsperaui ⁊ plus q̃ in verbis aliorz quoũcunq; qr verba tua falsitatẽ non possunt cõtinere. Preuenerunt oculi mei ⁊ intellect⁹ ⁊ affectus ad te diluculo ⁊ a tempe iuuentutis. vt meditarer eloquia tua que sunt a tempe iuuentutis meditanda. Et qr oratio talis debet exaudiri. Ideo subditur. Voce meã audi fm misericordiã tuã dñe.

Cass Intelligam⁹ mihil presumendũ esse si aliquid nobis p dei grãz psperitatis arriserit: quãdo ille qui vmcẽs etatẽ pueriles annis damauit: dicẽs. Vocẽ meã audi fm misericordiã tuam. Non habz qd cõtra pcãm suã confidenter obiciat: ꝙ illam tantũ miserricordiã petit que ex misetis btos facit: ex captiuis liberos: ex mortuis vmos: ex temporalib⁹ sempit nos. Sequit. ⁊ fm iudiciũ tuuz quo supplicantibus parcis: quo se damnantes dementer absoluis. vinifica me lumine tue gratie q̃ mortuus sum lege pecati.

Hugo Et possit aliquis quere. cur ita damas. Et ñdet qr Oppropinquauerunt persequentes me iniquitati.

Nico ⁊ approp̃inquauerũt mihi psequẽtes me inq̃. ⁊ a lege autem tua longe facti sũt. que phibet psecutionez innocentium. Ropere tu dñe mihi tribulato ad me seruandu fm bene placitũ tuũ ⁊ a omnes vie tue veritas ac si dicat. Siue dimittas me in tribulatione: siue liberes: totuz facis iuste. Deus aliquãdo suo iusto iudicio pmittit innocentes tribulari ad augmentuz sui meriti: sicut patet de sancto Job ⁊ aliis.

Aug⁹ Queri autẽ pot quõ hic dictum sit Omnes vie tue veritas. cum in alio ps. legit Vniuerse vie dñi: misericordia et veritas. qr a in iudicando subuenit ar qz ita non deest miserricordia: a miserando ib exhibet qd promisit ne veritas desit. Erga omnes autẽ a qs liberat a quos damnat: omnes vie dñi miserricordia et veritas. qr vbi non misereretur: vindicte veritas exhibet. Multos quippe imeritos liberat. imerituz aũt neminẽ dãnat. Sequitur. Initio ab illo. s. tẽpore quo cepi tesd inõia tua itelligẽ

Hugo Cognoui de testimoniis tuis quib9 testificatus es te daturum tom9 premium: a matis supplicium.

Aug9 Que in eternū fundasti ea. qd id qđ p ea dñs ptmisit eternū erit: sicut Mat. xxv. saluator docuit. Ibunt in ignē eternuz: iusti autē in vitā eternā.

Ide hūilita Res

Sequit capi tulum. xx.

Ambr Cui pponitur ista. xx. s. Res q̄ iterptat̄ pmat9 Ille enim apud deū obtinet primatum qui hūilis est. qm̄ qui se hūiliat exaltabit. Vñ pplus fidel ab hūilitate oīonē suā incipiēs: ait.

Hugo Ide humilitatez meam. qua damo ad te. Let. p grām tuam. Eripe me. de periculo mortis eterne. Que legē tuam non sum oblitus.

Aug9 Hoc loco nullā dei legez oue mēti9 intelligimus: nisi Oīs q̄ se exaltat hūiliabit. a qui se humliat: exaltabitur.

Hugo Vbica iudicium meū. a da sīām̄ 8 causa mea quā habeo ostra dyabolū. a redime me. a vexatōe eius iniusta. Ppt eloquiū tuū viuifica me. vita gratie in pñti. Longe. Supple est. a pctōrib9. q̄ peccandi habēt osū etiā me. Salus. tam gratie q̄ glorie. que dator vtriusq̄ salutis diuisus ab eis est pter multitudinem pctōz. Vñ ysa. lix. Iniq̄tates vre diuiserūt inter vos a deū vrm̄ et meritō elongata est a pctōrib9 salus. Que iustificationes tuas. a mandata tua quib9 deberent iustificari. non exquisierunt. ad opandum. Et si sm̄ iusticiā longe sit salus a pctōrib9: tñ sm̄ miserico:diā ppe est. Vnde sequit. Miserico:die tue multe. que multis et multociens et diuersis modis misereris. Sēm iudicium tuum. in quo presenti parcis peccantibus.

Nico Viuifica me. p augmentuz tue gratie. cui9 necessitatē subdit. Multi. Supple sunt q̄ psequūtur me. taz demones q̄ pueri hoies. a tribulant me.

Hugo que caro: mūdus: a domia multa mouēt plia aduersus spm̄ populi fidelis. a testimonijs tuis nō declināui. a obseruantia mandator tuor.

Nico Idi puaricātes. impios legē tuaz transgredientes. a tabescebam. vlacrimis flebā. Vñ trāslatio hebraica hz: merebaz. Sequit. Que eloquia tua non custodierunt. Sicut enim ad virtuosum ptinet letari de obseruatione diuine legis: ita ad vitiosuz ptinet tristari de eius transgressione. non solū in se: sz etiā in alijs. Et que hoc est meritoriuz augmēti gratie. Ideo subditur. Ide qm̄ dilexi mandata tua dñe. zelans p eis in me a alijs. Li miserico:dia tua viuifica me. p augmentuz gratie prędēs ex tua mia a libertate.

Aug9 Principiū verborum tuorum veritas. a a veritate prędunt verba tua. a ideo v

tacia sunt: a neminem fallunt qui bus ꝓnunciatur vita iusto: et pe na im

Hugo Sicut em̃ ꝓmit pio. tis: ita fit. a sic ꝓdictis: ita euenit. ¶ qm̃ in eternuz oia iudicia iustitie tue ¶ qz sm̃a dei in extremo iudicio de gloria bono ruz a pena reprobozꝝ stabit in eter num: sm̃ qz dr̃ Math. xxv°. Ibunt hi in ign̄e eternū: iusti autem in vi tam eternam.

Principes p Ben. Sequit ca pitul. xxi. cui ꝓpoñt̄ lr̃a. xxi. s. Sen. q̃ interp tat sup vuln: p qđ intelligit tribu latio: de qua subdit: dicens. ¶

Principes psecuti me gratis. **Nico.** a dem̃ones de quibus dr̃ ad Eph. vi. Non est nobis colluctatio adu sus carnem et sanguinē: sed aduer sus ꝓncipes a ptates tenebrarum harū cōtra spualia nequicie. Let a verbis tuis formidauit cor meuz ¶ qz homo q̃tūcūq; iustus timore cō cutit: ne fiat trās gressor legis dñe ꝙ ad vtrūq; oꝫplatio affert solacz um. Idco subditur.

Hugo ¶ Stabor ego ¶ inter tēptatōes a psecutio nes ¶ sup eloquia tua ¶ meditando i psa: ac me cōsolantia: ac mihi co ronā si vicero ꝓmittentia. ¶ sicut q̃ inuenit spolia multa ¶.

Nico. Cuiꝰ gaudiū duplica tur. s. de obtētu victorie a de prede mag̃itudine. Sic oꝫ platiuꝰ dele tat de victoria otra ho stes quā hz i spe. a p oseq̃ns de ob tentu glorie future. qz spꝫ est certa expectatio future bēitudinis. Et qz amor vnꝰ cōtrariū inducit odium alterius: a econuerso. Idco subdit. ¶

Iniquitatez odio habui a abho minat⁹ sum ¶ tanq̃ q̃d vile. ¶ legez autē tuā dilexi ¶ tanq̃ quid vtile et honorabile eā ingiter meditando. Et qz ex hoc ꝓcupit homo in laudē dei. Idco subditur. ¶

Septies i die laudē dixi tibi ¶ in septē horis cano nicis. ¶ sup iudicia iustitie tue ¶ ofi tēdo oia opa tua iusta: q̃ sunt que dam executiones iustitie tue latēn tis in tua

Hugo Mos enim re mente. ligiosis ē se pties dño decātare laudes. Primo viz laudes matutinales sumo diluculo: in memoria dñice resurrectio nis: q̃ fuit valde mane. Postea pri maz. qz tūc xp̃us tradit⁹ fuit pila to. deinde terciā. qz tūc iudei dama uerūt. Crucifigat Postea sextam. qz tunc fuit cruci ofixus. deinde nonā. quia tūc expirauit. Postea vespas. quia tūc positꝰ fuit ꝺ cruce Postremo opletoriū. qz tūc sepul tus fu

Collect. Sicq; i memo it. riaz dñice pas sionis et humane redemptōis ab ecclesia septies dño laudes psoluū tur. Et quia vita cōtemplatiua est quieta respectu actiue q̃ habz labo rem ānexū. Idco subditur. ¶

Pax multa ¶ que cōsistit in puritate sci entie est ¶ diligētibus legē tuam ¶ quia ex tali

Nic. ingiter medi dilectione tantur sacraz scripturā. ¶ a nō est illis scādalū ¶

& tanta occasio ruendi in peccatum
sicut actuis qui frequēter hūt ma
teriaz tribulationis. ppter qđ dns
dixit Lu. x. Martha martha solli
cita es & turbaris erga plurima.
Et sequit. Maria optimā ptez ele
git Et qz vita cōtemplatiua perficit in
patria. Idco subditur. ⁊ Expecta
bam salutare tuū dne ⁊ claritatez
visionis tue & fruitōis eterne. Et qz
ad hoc puenitur p obseruātiā mā
datorum dei: sm dictum saluatoris
Matth. xix. Si vis ad vitam ingre
di serua mādata. Idco subdit. Et
mandata tua dilexi ⁊ ea diligenter
obseruando: per que salus acquirit
eterna. Vnde pueth. iij. Preceptа
mea cor tuū custodiat. longitudi
nez enī dierū & ānos vite & pacem
apponēt tibi. Et idcō ⁊ Custodiuit
aīa mea testimonia tua ⁊ & sacras
scripturas p tuge memoriā in cor
de: & p efficentiā in opatōe. ⁊ & di
lexit ea vehementer ⁊ corde & opere
⁊ Seruauī mandata tua ⁊ de deo &
prīmo diligēdo. In quib9 duob9
tota lex pendet & ppte Mat. xxij.
qz ad ipsa oia alia mādata reducī
tur. Et ⁊ sicr dilexī ⁊ testimōia tua ⁊
⁊ sacra eloquia scripturarū.

Mico. Cui9 causa obseruatiōis
subdit. ⁊ qz omnes vie
mee in ospectu tuo ⁊ & oia facta: di
cta: & cogitata mea patēt ospectui
tuo. qz monēt hoiem ad tue legis
obseruantiā. ppter qđ dicit Boeci9
v. de cōsolatiōe. O viri magna est
vobis indicta necessitas pbitatis
si dissimulare non vultis: qm agi
tis ante oculos iudicis cuncta cernē
tis & detēplantis. Vnde pueth. xvi
Omnes vie hoim patēt oculis eius.

Appropinq.

dep̄catio me. in con-
Sequitur capitulum
Thau. vicesimū secundū.
Hugo cui prepomit hāc vlti
ma videz Thau. qi
tēptat errauit. Popul9 itaq; fide
lis q olim errauit: modo se appro
pinquare deo fatetur: dicēs.
Hugo Appropinquet
dep̄catio mea in
ospectu tuo dne ⁊ oratio mea que
fit in ospectu tuo dne appropinquet
tibi ⁊ iuxta eloquiū tuuz ⁊ scm̄ p
missuz tuū. ⁊ da mihi intellectū ⁊ sic
ī alio ps. dixisti. Intellectū tibi da
bo & instruam te in via.
Jero. Ac si dicat. Proximam ti
bi fieri orationē meā dep̄
cor dne: vt a te intellectū capiens
nihil aliud nisi qđ qđ oportet exo
rem. ⁊ Intret postulatio mea in cō
spectu tuo dne: sm eloquiū tuū eri
pe me ⁊ a periculis temptationū.
Mico Repetitio est sme p̄misse
ad exp̄mendū magnuz
desideriū petitionis fue.
Hugo Consequēt ondit qliē
ppls fidelis petat tibi
dari intellectū et eripi a malis: di
cēs. ⁊ Eructabūt ⁊ de pleno cor
de psoluēt tibi ⁊ labia mea ymnuz ⁊
⁊ laudes ⁊ cū docueris me iustifica
tiones tuas ⁊ & precepta tua: vt ea
itelligā & ope impleā: & sic edoct9
⁊ Pronūciabit lingua mea eloq̄

um tuum ⌊ex caritate docendo primus. ⌊qz oia mandata tua ⌋ supple sunt ⌊equitas ⌋ ℣ equitate plena. hoc est quicqd precipis: est equum.

Nico Et qz talis doctrina non est efficax sine speciali adiutorio dei sm qd dicit puerb. xvi. Hominis est animum preparare: sed dei est gubernare linguam. Ideo subdit.

Hugo ⌊Fiat manus tua ⌋ ℣ filius dei xpus dns per quem deus pater fecit secula: fiat mihi ⌊in auxilium ⌋. Vna alia editio habet. Sfiat mihi manus tua auxiliatrix. ⌊vt saluet me ⌋ ℣ dirigat linguam meam in docendo ad mea ⌊ac alioz salutem ⌊quia mandata tua elegi ⌋ preoibus tpalibus ad meditandum ea: atq; opandum ⌊ac docendum. ⌊ac ad hoc mouet me amor eterni premii. ⌊

Nico Concupiui saluatare tuum dne ⌋ ℣ eternam salutem. ⌊a lex tua meditatio mea est ⌋ eo qd dirigit me ad consecutionem huius salutis. Et quia ad hoc sequit augmentum gre in qm est spualis vita. Ideo subdit. ⌊

Hugo Viuet aia mea ⌋ vita gratie in presenti ⌊vita glorie in futuro. ⌊a laudabit te ⌋ hic et in futuro. ⌊a iudicia tua ⌋ ℣ flagella tua quibus in presenti iudicas: discernendo filios a non filiis. qz filios flagellas. no filiis parcis. ⌊ac ⌊adiuuabunt me ⌋ in futuro si p ea in hac vita fuero purgatus. Sequit. ⌊Erraui sicut ouis que perijt ⌋.

Nico hoc non videt intelligi statim subdit. de errore in moribus. qz oblitus. sed de errore sm communem modum loquendi hoim mundanorum. Ad cuius intellectum sciendum qd ouis dr errare qn segregat se a grege. hoies autem tendentes ad perfectionem contemplationis segregant se a communi habitatione hominum vt libere possint vacare ocontemplationi diuine. et tales ab hominibus mundanis reputant stulti a huiusmodi secta pditi. Vnde religiosi mundo mortui dicunt. Et sm hoc dicit psalmista in psona ocontemplatiui Erraui sicut ouis que perijt: quantum ad reputationem mundanorum. Et quia refugientibus amore dei humanum consortium: conceditur diuinum sm illud Ozee. ij. Ducam eum in solitudinem: ⌊loquar ad cor eius. Ideo subdit. ⌊quere seruum tuum dne ⌋ eum interius consolando. ⌊qz mandata tua non sum oblitus ⌋ terrenis inherendo p amorem: sed celestia appetendo. ad qd tendit mandatorum tuorum obseruatio.

Casiodo Amplectendus est auiter omnino psalmus qui tali confessione finit. est: plixitate magnus: admiratione profunditatis oceanus: excellentium rerum amenitate paradisus. quem virtutum floribus ornatum per alphabetum hebreorum fidelis populus cantauit. Vidimus enim eius sententias quasi stellas clarissimas in altissimo celo collocatas.

Hugo Nam non facile quis reperiet in quo non aut vias: aut mandata aut iustificationes: aut iudicia: aut eloquia: aut sermones domini habeas: aut etiam aliquid tale

quod equipollenter valeat.

Cal. Est enim et hic psalm⁹ in stitutor fideliū quint⁹: vbi quicq̄d ad ecclesiasticā disciplinā ptinet: populus fidel' cantauit.

Iero. Nos q̄ dn̄m supplices de p̄cemur vt iudiciorū ei⁹ factores: mandatorq; custodes: testi moniorq; scrutatores effecti: sacris hūeris tem gm pastoris ad ouile dn̄icū reportati: scōrq; angelorq; me reamur cōsortijs adiuuari p dominuz nostrū Iesum xp̄m. cui est ho nor a gl'a in secula seculorq;. A.

Psalm⁹. Cxix.

AD dn̄m cū tribularer. Titulus. Cāticū graduū dd. dicit quida uxor Iraz p

Nico. dauid p̄cepit Salomo ni edificare tēplū: a tradidit sibi descriptionē tēpli a porticuū: a per oseqns gduū: vt haberet a Parat. xxviij. Et q̄ fecit istos ps̄. hūc viz a q̄tuordecī seqntes ad decantādū in. xv. gradibus dicti templi.

Cassi. Terrena siquidez illa fa brica: celestis templi si militudinez gestare videbat. Qua pter cū gradus audim⁹ in psal. non terrenū aut corpeis gressib⁹ subeundū nobis aliq̄d suspicemur ꝫ mentis accipiam⁹ ascensuz. Ideo em̄ p̄missuz est canticū: vt hoc potius ad anime ꝓfectuz applicare de beamus de ascensu spirituali.

Hugo Sz videndū q̄s sit iste grad⁹: q̄s ascensor: q̄du um. vel sit ascensus. et a quo. et q̄. a vbi. a p quē. Grad⁹ in hoc loco sūt ꝓfect⁹ virtutū in quib⁹ solus bt̄o rum ascensus est. de q̄ in alio ps̄. dr Ibūt sancti de virtute in virtutē: in q̄bus sola caritas mouet pedē. Qui plus diligit: plus ascendit hos gra dus. Ascendit vir iust⁹. vbi em̄ cor de. quia ascensiones in corde disp̄it. Quo. a minore virtute ad maiorē. Ad q̄d. a Ad deū videdū a diligēdū. Vbi. em̄ cor de. Per quē. a per xp̄m. Vel. a oualle plorationis.

Cas. Quaz istos grad⁹ ascendere merebimur: si p delictis nostris ꝓstrati dño fugiēt supplice mus. Primus itaq; grad⁹ virtutū inchoat in hoc ps̄. in q̄ ꝓpha trena vitia detestant: confessione lacrima bili petit se de mundi isti⁹ tribulatio ne liberari: dicens. ℒ

A dn̄m tribularer ℒ. **Hugo** q̄ omnipo tens a te mgnus est. ℒ cuz tribularer ℒ fugge stionibus demonū: linguis adulan tiuz: a murmurijs psequentiuz ℒ dama tū ℒ corde: vt Susanna Daniel. xiij°. ℒ et exaudiuit me ℒ.

Cassio Inspice q̄ sit pulcher rimus ordo dictoruz. Primū posita ē tribulatio. Secūdo exclamatio. Tercio exauditio. vtp ordies certos ad dn̄m ostet vota p uenire fidelitū. Exaudit⁹ ē. dīc dicēs ℒ Domie libera aiaz meā a la bijs iniq̄s ℒ me detractētibus ℒ a lin gua dolosa ℒ. q̄ sb specie bonī solit dānosa. Ecce qui mundum vitior abhominatione operat deserere: prima fronte uersionis iniqua la

bia patitur: dum eius ꝓpositū scele
ratis oblocutiombꝰ irrideꝫ · dicit
enim ei ab iniquis · Quid te crucias
aut seculi honores fugias: a istum
mꝰm pdas nec ibi ab qꝰ deideras
aliqñ puenias · Postq̄ illa minꝰ
valuerunt: tūc suasores ad dolosa
blādimēta se conuertūt: dicētes Nolite
ei⁹mo fatigari: restat tēpꝰ i semo
cui ista facias · Qui cū se putant lo
qui p corpe salutē aie noscitur oī
no per
dere. Iero. deiū dns aiaz ad
se fideliter damā
tem interrogare pietatis affectu di
gnat: dicēs · Quid dꝫ tibi aut q̄d
apponat tibi ad linguā dolosam ·
Hugo ac si dicat · Quid pote
rit tibi dari auxiliū: a
silij: aut remedij quo mundaris
otra linguam dolosā: q̄ imq̄ suadet
vel detrahendo phibet · Nūquet anīa
iusti vel dns sue interrogationi: di
cens · Agite ⁊ verba sacre scri
pture q̄ sunt potētis ⁊ ipsiꝰ dei oī
potētis q̄ sagitte sūt acute ⁊ qr ver
ba sacre scripture penetrāt vsq̄ ad
cor: sic dicit Apoꝰ · ad Hebꝝ iiij · Vi
uus est dei sermo ⁊ efficax ⁊ penetra
bilior oī gladio ancipiti · Hec ver
ba sacre scripture dabūtur tibi in
mundimentū otra linguā dolosaz ·
Aug⁹ Et qr parū est verb̄ age
re otra linguā dolosaz ·
Idcirco etiam exemplis agēdum
est · Vñ
subdit. Hugo cū carbonibꝰ
desolatoriis ⁊
vel vastatoribꝰ · ⁊ cū exēplis scōz
ad vitam gratie conuersoz: q̄ aliqñ
mali fuerūt a postea multuz pfece
runt virtutibꝰ · vt paulus ; mathe
us: magdalena: dauid: ⁊ alij mul
ti · Sanctoz exempla carbones desō
latoriij dicti sunt · qr inflāmant nos
ad amorē dei qꝰ in nobis dyabolꝰ
cōstruxerat p pctm̄ · hoc desolatuz
atq̄ deuastatū dei abiuuāte gratia
mentia
tur · Aug⁹ erant in nob̄ mul
te carnales cogita
tiones: seculares multi amores: ipi
uūtur carbonibꝰ desolatoriis vt fi
at purus locus desolatꝰ · In cuius
loci puritate faciat deꝰ edificiū suū
Exempla ergo multorum iniquo
rum qui cōuersi sunt ad deum car
bones dicti sunt: sagittis verborum
dei accensi a reuiuificati sunt.
Hugo Iste enim vir iustus
q̄uis gradū primuz
ascendit carnalia relinquēs · quia
tamen a malis adhuc premitur ·
Cass. vitia seculi damnans: vi
tam se pemitet habere lō
ginquam · Heu mihi quia icola
tus meus prolongatus est · Inco
las em̄ dicimus q̄ ad tempus extras
alienas colunt: sed a patria sua lō
ge seiuncti sunt · Quod de illis meri
to dicitur: quorum cōuersatio sem
per est in celis · sed adhuc hic cor
pore detinent: sicut apostolus pau
lus dicit · Cupio dissolui: et esse cū
christo · Cupienti siquidem patri
am felicem videre q̄uis hic breue
tempus probetur esse: longinquū
esse vide
tur · Hugo Causam sui
tedij assignat
cum subdit · Habitaui cum habi
tantibus cedar · ⁊ cum malis a in
quietis hominibus signatis per ce
dar qui interpretatur tenebra · et

fuit filius Ismahelis persecutoris
ysaac. Ne videretur cōqueri de pe
grinatōne cōpari subdit. Cum multū
incola fuit aīa mea. In hoc mūdo
est aīa pe
grina. **Aug⁹** cui⁹ patria ē
in cœlis: que
hic pegrinat affectib⁹ sicut cōp⁹
locis. Si amaueris terrena: pegri
naris a deo. si aūt amaueris deum
ascendes ad deū in caritate dei a pri
mi. Adhuc causa durissima cur iste
incolat⁹ acerb⁹ existeret subdit cū
dicit. **Cal.** Cum his q̄ oderūt
tur. pacē erā pacific⁹. Ille
odit pacē q̄ scindit vnitatē: qui nō
amat xp̄m q̄ est pax nrā. pacifi⁹ a
temign⁹ erā cum impugnātibus.

Nico. eorum molestias cū pati
entia tolerādo. Cum loq̄
bar illis. modeste ac rationabiliter.
Impugnabant me. cōtentōib⁹ q̄ sā
ctis minutiosis. gratis. sine causa.

Cal. ac nullis p̄cedētibus meis
culpis. Ipsi em̄ sunt a q̄bus
sup̄ se petit deberi liberari: dicēs. A
labijs iniq̄s a lingua dolosa. Vi
des vitū iustū terrena deserentē: iā
tenere gloriose virtutis accessum.
& tñ adhuc gemere q̄ cū malis se
cognoscit habitare. Qua propt vi
deam⁹ q̄ sit pued⁹ secūdi grad⁹. qe
iam nobis primus domino inuan
te monstratus est.

Psalm⁹. Cxx.

Leuaui oculos me. Titulus. Cā
ticum graduum.

Hugo Iste est secūd⁹ psal.
graduat. Prim⁹ em̄
gradus est exire de malo seculi. Se
cūdus est petere diuinū auxilium.
Cōgrue igitur sequit gradus iste
p̄cedentē. Nā de mūdo exeūti occur
runt pericula. et iō necesse h⁹ implo
rare dīnū auxiliū: sicut olim filij isrl
de egipto exeūtes: videntes egiptios
psequentes se: ad dīm clamauerūt
auxiliū postulātes. Ergo vir iust⁹
q̄ in p̄cedēti ps. gemebat inter malo
rum insidias: hic se extra eas orat
inuolari: dicens.

Leuaui oculos meos. Spūales
s. cogitationes a desiderijs in
montes. et ad deū a ad ciues celestes

Nico. q̄ dicūtur montes infra
ps. cxxiij. Montes i cir
cuitu eius et angeli: vt exponit Au
gust. Non veniet auxiliū m. diuina
em̄ adiutoria hoib⁹ p̄stita coniter p
angelos ministrant. principaliter
sūt a do. ppt q8 subdit. **Cal.** Auxiliū
meū a dño: qui fecit celū a terram.

Iero. Ab ipso auxiliū expecto
p quē p̄ceptū terrāq̄ lo
cauit. Dñe iam p fide sua virtute a
spūsc̄o infusum accipies aliq̄s ysola
tionis aīe sue loquit dicēs. **Non**
det in cōmotōem pedē tuū. et nō pa
tiatur remouere stabilitatē qua
in eo firma
tus es. **Nicola.** nec p
mittat
affectionem mentis tue de bono in
malum mutari. Nec dormiet qui
custodit te. et non cessat te custodi
re: scilicet deus et angeli quibus cō
mittit custodiam fidelium: q̄ nunq̄
dormūt: sed ab hominibus dormire

Aug⁹ Que est lex ista. Inuicem onera portate: et sic implebitis legẽ xpi. Qui portat iuicem onera sua. q̃ fideliter dicit. dimitte nobis debita no. sic a nos dim. debi. no Ideo propter hanc legẽ ¶ sustinui te dñe ¶ et flagella patienter tolerauí in spe venie. **Hugo** Sustinui g̃ te domie flagellantẽ expectãs misericordiaz liberantẽ: a iustitiã retribuentẽ Vñ subdit. ¶ Sustinuit aia mea in vbo ei⁹ ¶ et in psalmis ei⁹: promittẽte mihi post vemã vitã eternã. Ideo ¶ sperauit aia mea in dño ¶ q̃ remittit pctã a premia ẽterna largit.

Nico. Qualiter aũt debeat eẽ spes ista ostendit: dicens. ¶ A custodia matutina vsq̃ ad noctẽ ¶ a mane iuuentutis vsq̃ ad noctẽ mortis a vsq̃ ad terminũ huius vite ¶ speret israel ¶ populus christianus: non in felicitate a prosperitate seculi: neq̃ in transitoriis ¶ li dño ¶ misericordiã ab eo patiẽter expectando. Cuius rationez assignat: dicẽs. ¶ Quia apud dñm misericordia ¶. **Cassiodo** que potest ex

puersō facere pūm: ex mortali im
mortalez: a ex carneo angelis simi
lez. Addidit etiā. La copiosa apud
eū redemptio ⌋ cuiꝰ p̄cioso sangui
ne totus mūdus redēptꝰ est. ⌊Et
ipse redimet ꝑ ꝓprio sāguine ⌊ isrl ⌋
a ꝓpl'm fidelez qui credit in eū fide
non ficta ⌊ ex oībus iniquitatibus
eius ⌋ tam mortalibꝰ q̄ venialibus
peccatis. De ꝓfundo quidē ps. iste
fecit inicīū: ꝙ ad altitudinē magnā
fecit finez: vt ut sol puectꝰ ascendit
vt cognoscamꝰ quā vtilitatē habe
at pēna q̄ i tali culmie nosci collo
cata. Et ideo cōfidere mꝰ q̄ noxia sit
superbia: cui non desimit obuiare fre
quēs medicina. Vñ sp̄ admonemꝰ
vt ab ea nunq̄ desidia faciēte cesse
mus. Doceamꝰ & superbiā q̄ ange
lum de gratia supne suauitatis eie
cit. Amemꝰ humilitatē: q̄ ad celos
fideles extulit. Velociꝰ ostringamur
qs male fecimꝰ vt ab oībus iniq̄ta
tibꝰ liberemur. Per dñm nostrū
Jesum xp̄m: cui est honor a gloria
in secula seculorū. Amen.

Psal. CXXX.

Domine non est exal. Titulꝰ. Cāticū graduum.

Hugo Hic est. xp̄i. gradus. s. hūilitatis: qui recte post p̄cedentē psal. ponit: in q̄ actū est de pēna q̄ sine humilitate mutil' est. Vir itaq̄ iustus in cuiꝰ psona ꝓpheta hic loquit: humilitatez in se ostendit: dicens.

Domine non est exaltatum cor me ⌋. **Nico.** p superbiā mo
um ⌋. **Jero.** tu interiori.
ꝙ in cōtritione a in hūili
atione eius obtuli tibi sa
crificiū spūs cōtribulati. ⌊ Neq̄ ela
ti sunt oculi mei ⌋ signo exteriori:
vt tūsitoria capiscerēt a caduca.

Hugo Postq̄ iste dixit q̄
lis fuerit in corde inte
rius: a q̄lis extiterit foris in corpe:
ose q̄ntr oñdit qualis fuerit i acti
one: dicens ⌊ Neq̄ ambulaui ⌋ a
non cōcupiui esse in pōposa socie
tate: vel non superbiui ⌊ in magnis ⌋
factis vel virtutibus quibuscūq̄.
⌊ Neq̄ in mirabilibꝰ sup me ⌋ q̄ nō
cōcupiui aliq̄ facere super virtutez
meam: sicut multi qui ex factis vel
dictis magis querūt gignere i po
pulo admirationez q̄ edificationē
ex quo aliq̄d magni possint videri
vel laudari. **Augꝰ** Hoc totū plani
atur. Non fui superbus. noluiq̄si in
us dicat a audi
mirabilibꝰ innotescere hoībus. a
nec q̄siui aliquid supꝝ vires meas.
vnde apud imperitos me iactarez;
Omnis superbus displicet deo. debet
ergo se hūana anima hūmiliare:
ne deo displiceat: a toto corde mu
eri qs dictū est. Quāto magnus es
humilia te in ommbꝰ: a coraz deo
muenies gratiā. Sequitur.

Hugo ⌊ Si nō hūiliter sen
tiebā ⌋ de memetipso
⌊ Sꝙ exaltaui aiaz meā ⌋ a meipsum
laudādo: vel p̄sumēdo de bono qs
non habeo: sicut pharisei qui di
cunt. Labia nostra a nobis sunt fi

at supp̄ de me pumitio in modum
qui sequitur [S]icut ablactat?]
vsicut puer abstract? a mamilla
matris priuatur cōsolacione con
sueta dum adhuc deberet recūbē
[sup matrem suaz] dulciter lactē
do[lita retribucio in amima mea]
idest sic a me subtrahatur conso
lacio diui Cass Ac si dicat. Si
na ego te presup
si supbiēdo cōtempnere tu me me
rito videis abjicere. Post qp humi
litatem et mansuetudinē sequēdā
cōpetēē edocuit. vnūquēqz fidelīz
monzvt cōfidētiā suam sēp ponat
in dño dicens [S]peret israel in
domio] vpopulus christian? [ex
hoc nunc a vsqz in seculū] idē a p
senti vsqz ad eternitatem futuram
sic sextuz psalmū opendioso fine
cōclusit vt sancte humilitati cōue
niret ipsa breuitas dictōis Mira
bilis nimis est hui litas. que ideo
maxime inter virtutes precelsas ho
norata cōsurgit. qm altissime ma
iestatis dignacio eā assumpsit
Collector Hanc dei filius de cē
lo descendens in se demōstrauit vt
hoies p eam celum ascendere do ce
ret: qm qui se humiliat exaltabit
Per dñm nr̄m ihm christuz q̄ est
benedict? in secula seculorū Amen

psalmus Cxxxi

Emento do
mine. Titulus cāticum
graduū Glosa. In
hoc. xiij. gradu iam humilis agit
de edificatione spiritualis domus
dei sicut dauid ad litteram voluit ad
edificare domū materialem. Et cō
grue post gradum humilitatis agit
de edificacōne spūalis dom?: qz p
humilitatem efficit quis domus dei
Vnde ppha ait. Sup quē requiescet
spirit? meus nisi sup humilez et q̄
etū a timentem verba mea.

Cassio. Prima igit narracō
ne dñi cristi verba re
fert quibus patri suo promisit se re
quiez nullatenus sumere nisi pri?
vē religionis affectū hūanis pec
toribus infudisset. Vnde dicit
Memento dñe dd [S]i ppha da
uid hoc dixisset: de se potuiss?
dicē Memēto mei Sed vt alterum
figuret dixit Memento dñe dd xpi
q̄ ei? nomine vocari voluit: de cui?
genere assumptur? erat carnem

iero [a] oīs māsuetudis eius]
.qz nō cōtendit neqz clama
uit: sed sicut agn? manuet? duct?
ē ad mortē Cassiodorus Hoc
certe quō poterat de se dd ppheta
dicere cū se meminiss? vriam ethe
uz xpi vrorez ei? crudeliē occidisse.
Vñ ip si? premītie gloriosuz extat
exem plum hugo [s]icut iuāuit do
mino votum vo
uit deo iacob] quasi dicat Ad hoc
memento xpi hoīs vt impleat qđ
firmiter pro misit Cassi. votuz itaqz
filij fuit vt
xpi ie incarnacōis aduentu reconsi
liaret pri ge hugo [s]z nūqd
n? huānū poterāt cri
st? implere qđ promiserāt. constat q̄
sic qz de? ea h° credebat ppha. Qua
re & precat hoc duplici rōne ꝓbat

primo vt ostẽdat qꝫ quicquid hz xp̃s: habet a p̃re. Vñ ipse ait Jo. v. Non possum ego a meipso facẽ quicq̃. Secũdo vt oñdat q̃ sic wolũ tas p̃mittẽdi est a deo: ita a facul tas implendi. Vñ Aug⁹. Nemo p̃ sumat suis viribꝰ q̃ woueit. Qui em̃ te hortatur vt woueas: ipse te adiu uat vt reddas. Et hoc est qđ dicit Apo⁹. ad Phylip. ij. Ipse dat a vel le a pficere p̃ sua bona voluntate. Votũ aũt xp̃i hoīs exponẽ cũ sub infer. **Nico.** ⁊ introiero ⁊ id tur. **Nico.** est introibo.

Cal. ⁊ in tabnaculũ dom⁹ mee ⁊ hoc est i cẽlestẽ habitatio nez in quã xp̃us post resurrectiõem suã cuz assumpta carne videntibus apl̃is introierit. ⁊ si ascẽdero ⁊ nõ ascendã ⁊ in lectũ strati mei ⁊ i suã requiẽ: q̃ est a dextris dei: vbi est re quies a fimis labor. ⁊ dedero sõ nuz oculis meis ⁊. Somn⁹ iste e itel ligẽbus est reqes mortis triduane ⁊ palpebris meis dormitatõem ⁊. ⁊ reqez tpib⁹ meis ⁊. Hec oia hũamitati xp̃i ouenire noscitur.

Jero. In quib⁹ nõ se ꝺ hoc mũ do ad celũ rebituz polli cetur: misi pri⁹ dignũ deo p̃i locuz vel ecclesie congregatõez sua resurre ctione ostrueret. Vñ sb̃dit ⁊ donec inuemã locũ dño ⁊ in pectoribꝰ cre dentiũ ⁊ tabnaculũ deo Jacob ⁊ ec desiã: in q̃ vere mitant filij Jacob videlz christiani q̃ otra tempta tio nes vitioꝝ luctari non cessant.

Cass. Locus em̃ dñi est tabna culũ pectoris christiani. a atria ecclesie catholice: q̃ ille tãq̃ celũ sp̃ inhabitat. Et tabnacula si bi ex nob a inob fecit: qñ ipse nos et nevite p̃pria miseratõe restituit.

Aug⁹ Habet ergo dñs locuz in corde fideliũ qz vnuz est cor oim in caritate copulatoꝝ. Vñ de eis scriptura dic. Erat illi aia vna: a cor vnũ in dño. Multi ãt ne faciãt locũ dño sua quesiit: sua di ligũt: sua ptãte gaudẽt: p̃uatũ suũ cupiscũt. Qui autẽ vult facẽ locũ dño: non de p̃uato: ⁊ de cõmuni de bet gaudẽ. p̃pter illa q̃ singuli pos sidemus existũt lites: inimicie: di scordie: bella inẽ omes: tumultus: dissentiões: homicidia. Nunq̃d p̃pẽ ista q̃ coiter possidem⁹: litigam⁹. Aerem istũ coiter dicim⁹. solem cõ munit̃r oes videm⁹. Beati ⁊ q̃ fic faciũt locũ dño: vt p̃uato suo non gaudeãt Abstineam⁹ ⁊ nos frẽs a possessione rei p̃uate: aut ab amo re si non possum⁹ a possessiõe: a fa ciamus locuz dño. Hospitari a te vult xp̃us. face illi locũ. Quid ẽ: fac illi locuz. Noli amare tripm. illum ama. Si te amaueris: claudis otra illũ. si illũ amaueris: apis illi. Deiꝰ oñdit quõ ecclesia est dño edifica ta: dicens. ⁊ Cce audiuim⁹ eã in effrata ⁊ Effrata est bethlee z ta. ⁊ **Jero.** vt hẽtur Gen. xxxv vbi primuz ecclia est audita. qm ipsa xp̃s dñs carnẽ assumpsit. In hac a Rachel ista dilecta quiescit q̃ tipũ gessit ecclesie. ⁊ inuenim⁹ eã in campis silue ⁊. qz ecclesia collẽa est ex gentibus qui tãq̃ inculti a indocti dicti sunt **Cass.** sed facti cãpi silue. **Cass.** sunt ex

agrestib⁹ mansueti. a ex sterilib⁹ fructuosi: ex cubilibz dēonū tēpla christi domi
nantis **iero** ⁊ introibi⁹ in tabernaculū ei⁹ ⌊nos qui in vna domo ecclesie cōgregamur p dīm ⌊adorabimus in loco vbi steterūt pedes ei⁹ ⌋in quo p̄dicacōes aplice audiunt qui sustentat totum corpus ecclē.

cas pedes sigt euāgelicas inuisiones sicut scriptum est. Quā speciosi pedes euāgelizātium pacē Ibi enim steterūt pedes eius vbi fidei veritas probat esse fūdata ⌊Surge dñe in requiē tuam⌋

Iero Ipse iā explesti mamenta reddidisti voti⁹. iā inuemisti locū deo in cordib⁹ credentiuz iā p̄duxisti ex latere tuo ecclesiam surge nunc à morte **Hugo** ⌊in requiem tuā⌋ ⁊ in glorificatā naturā. a non solū ⌊tu⌋ ß etiaz ⌊ a archa sāctificacōnis tue ⌋quasi dicat Tu p̄or surge⁹ vt archa ⁊ ecclā q̄m sanctificasti p aspsionē sanguinis tui surgat post te a p te sicut apl's dicit ⁊ ad Chor̄. xi. Si christus resurrexit: a nos resurgem⁹. Postq̄ ꝑba dixit ecclām cū xp̄o exaltādā cōsequēter orat vt fideles ei⁹ virtutibus ornent. quatin⁹ a ipsi digni efficiantur cui xp̄o exaltai. Et distinguit ꝑba ipsā ecclesiā in duas p tes viz in prelatos a subditos vñ p vtrisq̄ oāt vt i virtutib⁹ p̄ficiāt Et primo p prelatis dicēs ⌊Acerdotes tui⌋ gratis sacramenta ministrātes a ad obseq̄ū tuū deputati.

Nico ⌊induant iustitia⌋ ita q̄ ·nō solū ornent exteri⁹ ornamentis corpalibus sed etiaz interius virtutib⁹ vt digne tibi valeāt i eccā ministrare ⌊a sancti tui exultent⌋ ⁊ minores ministri eccē exultēt te laudēt cū deuocōne mētis i signo exteriori apparēter sēm illū psal. lxxxiij. Cor meū a caro mea: exultauerūt in deū viuz. Demde orat prophēta ad deum patrem i persona ecclesie dicens

iero propter dauid seruū tuuz ·idest propter filium tuū qui ex semine dauid formaz serui lem suscepit nō auertas faciē xp̄i tui ⁊ clementiā atq̄ caritatez filij tui a sāctis i quibus ipe xp̄s habitat a illumiat eos Jurauit dominꝰ dauid veritatem ⁊ deus pater deo homini inuiolabilit̄ p̄misit.

Cassio et non frustrabitur ·eū. Frustrari enim ē in irritum p̄missa deducere. Trāslacio romana habet. a non pēnitebit eum idest nō mutabit **Iero** nimus Ergo deus pater non frustrabitur idest nō euacuabit promissum sed adimplet dicens. de fructu ventris tui ⁊ de filijs spūalibus p tuam doctrinaz in fide nutritis. Nos sumus fructus vēstris ei⁹ quos spiritualit̄ tāq̄ ex vtero genera **hugo** Sicut iacobus fi. uit caplo dic. Voluntarie nos genuit verbo veritatis ſue ponā sup sedē tuā ⁊ faciā plātos a doctores ecclesie qui tuā doctrinā euangelicam predicabunt

Cassio In illius enim sede ·recte sedere quis dicitur cui⁹ p̄cepta docere mōstrat

Hugo Hoc verificatū est in apostolis de quibus in alio ps. dī. Pro pīb⁹ tuis nati sūt tibi filij: cōstitues eos principes super omnē terrā. De quib⁹ platis a doctorib⁹ ecclesie p dictis adhuc subdit. Si custodierīt filij tui videlicet apostoli a doctores ecclie. testamentū meū & dēcē precepta legis. testimonia mea videlicz mandata euāgelica q de mea voluntate testificant. hec q dicebo eos p Moysen a p te o xpe. qe lex p Moysen data est. a veritas per Jesum xpm facta: vt habet Jo. Et etiam fi filij eoz qui p eos credituri sūt: custodierint hec p̄cepta et mandata ope adimplendo. vsq; in seculū sedebūt sup sedē tuā & sine fine tecum regnabunt.

Cass. His ergo sedes dñi dabitur: qui participes regni eius esse meruerūt: sicut dicit ipse xpūs in euāgelio Pat volovt vbi ego sum a ipsi sint mecum.

Hugo Hoc aūt p̄misit dñs non p meritis eorū: sed gratis. Vnde subditur. Quo mā elegit dñs syon & ecclesiā nullo merito p̄cedente: sed sola gratia elegit eam in habitationez sibi. Vnde Apoc. xxi. dicit. Ecce tabnaculum dei cū hoibus: a habitabit cum eis. **Cassi.** Illa emz maiestas sūme bona: sūme beata: sūme potēs. q̄uis vbiq; sit tota: tamen beatoz pectora possidēs habitacula sibi facit: quos sue mi sericordie virtute elegit. Demde cōfirmat dñs vba p̄cedēte p se: dicēs.

Hugo Hec requies mea videlz eccīa aut quecūq; fidelis aīa a peccatis mūdata: ē dom⁹ dei in seculū seculi. qe ipa; inhabitat in p̄senti p grām: a in futuro p gloriam. **Aug⁹** Non emz de us pater alicuādo turbat vt requiescat: sz dicit se requiescere in nobis. qe nos in illo requiē habem⁹. Hic habitabo qm elegi eā. qi dicat. Hec hītatio mea erit ex pura gratia **hugo** mea: q dat ipsi ecclesie benedictionē. Vnde subdit. Benedicēs duam eius scilicet ecclesiam aut oēz amicū. **Cas.** que omni auxilio mundano vidua maz ta: solam spez suā pōnit in domino. Ecclesia em q̄uis a virginitas dī. qe p̄fidio seculari destituta spez suam in celesti spōso reposuit qui eam de fusca pulchraz: de erronea rectā: de crudeli piam: de caduca firmissimaz fecit. **hugo** Hanc inquit xpi ecclesiam benedicēs benedictiōe gratie in p̄senti benedicam benedictiōe glie in futuro: cum dicetur electis illud Matth. xxv. Venite benedicti patris mei p̄cipite regnū. paupes eius videlicet ecclesie q non p̄sumūt de suis meritis: sed ingiter suos defectus p̄fiteātes: in sola dei misericordia spez suā ponūt. hos inquit dñs saturabo pauperes. **Aug⁹** Simus pauperes a tunc saturabimur. Multi p̄sumentes de hoc seculo: et superbi xpiani sunt q̄ odiunt xpm: sed non saturant.

Saturati sūt enīz: a habundant in
sup bia sua. De talib⁹ dicit Ob pro
brīū habūdantib⁹ a despectio su
pbis Isti habundāt. a ideo mādu
cāt sed nō saturant. Et q̄d de ill⁹ dic
tū est in psāl. Māducauerūt a ado
rauerūt oīes diuites tre Adorant
xp̄m. venerant xp̄m. supplicāt xp̄o
sed nō saturāt sapia a iustitia ip
sius Quare, quia nō sunt paupes
Paup dei. i aio ē nō i sacco. Proce
dit aliq̄s hō habens plenā domū.
vtres tras. multa p̄dia. multum
auri a argenti: nouerit q̄ in ip̄is nō
est p̄sumēdū huiliat se do. facit in
de vnde cor ipsi⁹ ita ab deū eligitur
vt nouerit quia non solū nihil il
li p̄sint diuicie ille. sed ip̄e diūt pe
des ipsi⁹ misi ille regat a ille subue
niat. et iste tal⁹ numerat int pau
peres q̄ saturāt̄ panib⁹. Inueis
a alīū mendicū et inflatū aut ido i
flatū q̄ nihil habet. q̄rēt̄ tūc vnde
iflet. Non attēdit de⁹ facultatē sed
cupiditatez. iudicat eum s̄m cupi
ditatem qua inhiat reb⁹ tpalib⁹.
non secm facultatē quā ei nō otin
git adipisci Ita fit vt oīes huiles
scō corde a in caritate gemina cōsti
tutos q̄cquid habuerīt in hoc se
culo it̄ paupes suos numeret de⁹.
quos saturat panib⁹. dns ei q̄nq
panib⁹ pascit a saciat fuos fideles
prim⁹ē. pais pme. de q̄ dī in alio
psal. Cmerē tāq̄ panē māducabā
Item fuerūt mi lacrime mee: panes
die ac nocte. Scds est pais doctri
ne. de q̄ dī ecclesiast. xv. Cibauit il
lū pane vite a intellect⁹. Tertius
est pais eukaristie: de quo salua
tor dicit Joh. v Panis quez ego
dabo. caro mea est pro mūdi vita.
Quartus ē panis grē. de q̄ dicitur
luce. xi. Panē nīm q̄tidianū dano
bis hodie. Quint⁹ est pais gl'e de
q̄ dicit luce. xiiij. Btus qui manducabit panem in regno dei de his
panib⁹ saturāt̄ paupes spū. Se
q̄tur adhuc vox patris [Acerdo
tes eius iduā salutari]

nico v grā spūs sā [a sancti
ei⁹] omnes viz fideles in
baptismo sanctificati [exultacōe
exultabūt v in domio gaudebunt
leticia ppetua **Hugo** p euasi
one mali a depcōe dom [Luc
] v i futuro vbi sā exultabunt [p
ducam cornu **cass.** v fortitudi
dauid] nez potestatis xp̄i que m illa iudicacōne mon
strāda est. vbi ab ipo sādis ecna
p̄mia ocedūt Et vt dns xp̄m de
buisses aduertē. Sequitur [para
ui lucernam christo meo]

hugo v feci lucnā filio meo.
Lucerna q̄ppe est vas
vbi lumen ponitur. Idez est ergo
Ac si dicat Ideo ab tātaz celsitudi
nem venīet sancti. qui erunt vasa
in quibus lucebit xp̄s. Vel dicit
de eccā militāte. Illuc p ducam cor
nu dauid v ecce dabo fortitudiem
christi. augendo ptātez ei⁹ otra in
imicos spūales. paui lucernaz cri
sto meo **Jerom⁹** Johes bap
tista precursor dn̄i saluatoris no
stri a deo patre dicit preparata lu
cerna: qui eum in huius mundi te
nebras venturum annunciauit
[Inimicos eius] videlicet iudeos

non credentes ⌊ in buam cõfusiõe ⌋ cum viderint dominum in maiestate. ⌊ super ipsum autem ⌋.

Hugo ā sup christū. ⌊ efflorebit ⌋ ā efficaciē ā excellēter apparebit. ⌊ sāctificatio mea ⌋ ā ptās sāctificandi. qm̄ solus xp̄s sanctificauit p sanguinez suū ecclesiam. Vnde Apō. ad Ephē. v. ait. Christus dilexit ecclesiā: a seipsuz ꝓ ea tradidit vt illaz sāctificaret.

Cal. Audistis quid ascendens iste ꝓfecerit. audistis quia nos iocūditate impleuerit. Nam licet ab initio cātica graduū miuersa grandescāt: licz tamē ista dicere cēlsiora q̄ de dñi aduētu darissimo lumie lampaueriūt. Creatore quippe proplxtato: necesse fuit graduz crescere per quem augmēta sumē cōstat vniuersa. Restat nobis ī sequētib⁹ gradibus ps̄. dilcō primi a caritas dei. q̄ si pura mēte ꝺscēdimus: tūc ad eiꝰ gloriosum puenie mus aspectū: qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Psalmꝰ. Cxxxij.

Ecce q̄ bonū

ā q̄ io. Titulꝰ. Canticū graduum.

Hugo Gradus. xiiij est cāritas fraterna: q̄ facit fratres habitare in vnū. Existo ꝙ sequitur bñdictio et vita eterna. Recte autē sequit̄ iste ps̄. precedēte. qz ibi actū est de edificatione domus dñi que ꝓficitur ī caritate: de qua hic agit̄. Propha ꝙ loq̄ns de fratrum cohabitatiõe exultat: dicens. ⌊

Ecce ⌊ ostendētis a cōgratulantis vox est. q̄ bonū ā q̄ iocundum ⌋ ā q̄ delectabile est nisi ⌊ habitare fratres in vnum ⌋.

Iero. ā cōcorditer mente ā nō corpe. Esau et Jacob fuerunt fratres. Et qz sit habitabāt fuit eis causa discordie. frater meꝰ carnalis: non tm̄ me amat q̄ntum subam meā. Ergo q̄ hic frater dicit: non fratres dicit corpe: ꝫ frēs spirituales: quibus est cor vnum et aīa vna. **Cass.** Hoc respicit ad caritatē: q̄. s. perfecti cōmunibus se hortant exemplis. et alter alterius virtutes imitādo mutue dilectionis se vinculo oppetendunt. Ipsa est enim habitatio quā dñs querit. non tecta q̄ cōsociant corpora: sed que animas religiosa societate cōiungit.

Iero Proprie psalmꝰ iste cenobijs a monasterijs cōuenit. Licet em̄ a de ecclesijs intelligatur: sed ibi ꝓpositi aduersitate videtur non esse tanta cōcordia: videlz alius ad domū ire festinat: aliꝰ ad circū: aliꝰ in ecclesia de vsuris cogitat. In monasterijs autē vnū ꝓpositum a vnus animus est.

Cal. Nam vt hanc adunatiõez nō mediocre aliq̄ bonum sed intelligeres esse mirabile ſb̄ misticis cōparatiõibus vsq̄ ad finem laus eius digna ꝓsequit̄ cum dī. ⌊ Sicut vngentū in capite q̄ descendit in barbā barbam aaron. Quod descendit in oꝝ vestimēti

eius: sicut ros hermon qui descendit in mon tz syon

hugo Per vngentū significatur grā spūs scī. Caput xps est. Barba emz q signū est virilitatis sigr apłos: qui fortes fuerūt i bello. Per aaron xps intelligit q ai i mūdo non inuenīret mundum qđ offerret. seipm obtulit in sacrificiuz p nobis. Per oraz vestimēti significat eccām: p vos hermō sigt grā xpi. Nā hermō interpr tat lumē exaltatū. Mōs syon est eccā Est ergo sēsus. Habitaē in vnū ē iocūdū tā p vngentū & grā spūs scī existēs i capite & i xpō qđ & q grā descēdit postea i barbā barbaz aaron & in apłos xpi q adherētes imediate xpō pmi i vnū hītaē cperūt qđ ec vngētū postea descendit in orāe stimen

call & in eccām qvsq; tici? ad extremitates ei? spūs scī grā descendit. qz baptizatos vsq; in finē sēli mie sue dignacōne sēificat. Ipa est em eccā q p tumeā illaz designata ē que diuidi non potuit tpe

hugo passionis Et etiaz tonū et iocūduz ē hītare frēs in vnū. sic vos hermon & grā crūsti

Aug? Naz hermō hebraice mr pretat lumē exaltatū: a xps qui est lumē vez primo i cruce. postea i cēlo exaltat? ē Qz frēs habitant in vnū nō ex suis meritis. nec a suis viribz: ꝫ est ex illius dono a ex illi? grā. sicut ros de cēlo ex ipsius voluntate cadit

Hugo q & que grā descēdit in mōtē syon & in eccām vel in apłos ac fidēles in die pēthecostes in ipō mōte congregatos

Aug? Nam illic & in vna mā cohītacōne frm mādauit dns benedictōem & p cpit vt hic benedicerent deuz. qm discordib? nulla p stat bndictō et ita deū bndicētes hērent vitaz duraturam vsq; in scm scēli

Cassio Ōnsa ē nobis vnitatis vtilitas. a declaratū quid fraternus possit prestare affectus diligam? ergo fratrem tanq; nos. Amemus dominum supra nos vt ista dilectō proximoz ad illam nos pducat dominī perfectissimam caritatez. Hoc monasteriis. hoc etiaz ecclesiis. hoc ciuitatibus. hoc villis. hoc hēremitis constat esse predicatū Nullus em ab ista fraternitate diuidit? qui affectum sancte religionis habē monstratur. Prosp in libro de vita cōtemplatiua diligim? enim fratres tāq; nos. qñ ad mores bonos a ad eternam vitam consequendā sicut nobis eorum saluti ōnulim?: qñ nos in eorum periculis cogita? vt nobis subueniri optarem?. ita eis subueniem?. Aut si facultas defuerit. voluntatem subueniēdi te ne

Coll Sicq; in proximorū m? dilectione pfī. xv. gradum fut scriptum qui in dei dilectione consistit ascēdere studeamus. gratia ac misericordia dnī nostri ihesu crūsti qui est benedictus in secula seculorum. Amen

psalmus Cxxxiii

Ecce nūc be

Titulus Canticū gra duū. Sicut actus est in psal. p̄cedēti de dile ctiōe p̄ximi: sic ōnitur hic agit de di lectiōe dei. **Glo.** Nō q̄ alia gratia sit q̄ diligit deus q̄ alia q̄ diligit p̄xim⁹: sed quia di uersos actus habet ipsa gratia.

Cass. Preceptū est ei. diliges dn̄m deum tuū ex toto cor de tuo. et ex tota aīa tua. et ex tota virtute tua. q̄ p̄ximū tuum sicut te ipsum Qui autē sic diligit deū: locū vitiis non relinq̄t. Vbi em̄ mētet celestis cuius totus animus deo occupa tus est. & pabulus em̄ vacātia deficerat: nudata p̄quirit. & vbi deum p̄sentē repit: fub magna ofusione discedit. Vascula ipsa cum plena sunt aliquo liquore: superuenientiū augmenta non capiūt. Ita q̄ nos cū diuina caritas totos repleat: nō erit quo crimen intrare at. Proximū diligimus sic nos cū illi malū non facim⁹: & omnes vt nosmetipos si mili affectōe tractam⁹. diligam⁹ q̄ frem tanq̄ nos: q̄ amem⁹ dn̄m sup̄ nos. Prosper in li°. de vita otē platiua. Illi deū plus q̄ se diligūt q̄ p ei⁹ amore fue salutī corpali ad tēpus nō parcūt: seipsos tribula tiōib⁹ ac periculis tradūt: nudari facultatib⁹ p̄priis: patrie fue extor res fieri:: parentib⁹ q̄ vxoribus ac fi lijs renūciare parati sunt. et vt to tum dicaz q̄ ipsā mortē corpis non solū non refugiūt: & etiā libēter ex cipiūt: ambientes a corpis sui vita magis q̄ a deo aie fue vita discede re. Ordinez vero dilectōis illi puer tūt, nec modū diligēdi custodiunt q̄ aut mundū qui ostendus est di ligūt: aut corpa sua min⁹ diligēda plus diligūt: aut p̄imos suos nō sicut seipsos: aut deū pl⁹ q̄ seipsos forte non diligunt.

Nico. Hic em̄ xv. grad⁹ talis est. q̄ hō ex p̄fectōe cari tatis q̄ntū possibile est obliuiscat seculi huius: q occupet in dinis laudi b⁹ q̄si mente hitās in ciuitate cele sti: fm illud ad Philip. iij. Nostra uersatio in celis est. Ad q⁸ p̄pha nos hortans: ait.

Ecce ascēsis tot gradib⁹ nūc in tpe pūti vos q̄ estis fra terna caritate cōgregati: q in dei dile ctione radicati benedicite dn̄o ip̄m deuote laudādo sancte ab ipsi⁹ ho norem viuēdo bona de ipso omni te pore dicendo: de cunctis beneficijs eius gratias ei referendo.

Iero. Omnes serui dn̄i quib⁹ ita non imperat: in quib⁹ libido non regnat: q quibus vitia non dnāntur. **Mic.** Qui statis parati in domo dn̄i ad ipsā officiandā: quoz ani mus est in dño firmo vestigio reli gionis Non em̄ discurrere debēt ec desie ministri ad venatōes q aucu pia tanq̄ milites. nec ad negocia terrena sicut mercatores.

Hugo Et etiā vos benedicite dn̄m: qui statis q̄ pse uerat⁹ in atrijs dom⁹ dei nostri in latitudine caritatis: cui⁹ latitu do se extendit ad diligendū etiam

inimicos. **Cass.** In nocibo
Sequitur. **Cass.** hoc est in tpe
huius seculi q8 creberrimis tribu
lationib9 obscurat. Extollite ma
nus vras elemosinas dando. ac il
la bona opa faciendo. in sancta
vt eternorum intentione fiant.
Iero. q̄ cquid facim9. amo
re xpi faciam9 sicut dicit
apls Siue mānduca9 siue bibim9
aut q̄cquid aliud agim9. in noīe
xpi faciam9. Et cū fecerītis q̄ scā
sunt etiā benedicite dño. q̄ donat
nobis aīm miserico rdē bñ opandi
et faciēdi elemosinā q̄ extinguit i
fermi ignes preparatos pcatis.
Cassi Sicq caritatē dñi. a lau
dibus sacris et pia do
cet opacōne oplendam. Dīs pa
cis respice q̄ digna retributio sb
sequa. **Iero.** Benedicat te do
tur. mi9 ex spon. vt de
celesti ilre usalē. q̄ fecit cluz a ter
rā. viz tā spūalia q̄ corpalia Tu
igit qui fecisti elemosinā q̄ fecisti
virtutes: a deo premiū a bñdictio
nem eterne vite consequeris.
Cassi Perpendite q̄ pus oīa
. pluraliē dixit: nūc psal
mū sub singularitate cōdusit vt q̄
ante fideles fratres in vnitate col
legerat. mō illi pplo iaz dīm dili
gētu bñdictōis munera pararent.
Qua ppt si volum9 eē benedcī amor
sancte trinitatis a vnitatis sancte
ecclē oplectat. Retractacō. xv. gra
duū psalmor. Libet referre quem
admodū vsq ad supnaz ihrlm g̃
dus isti puenīunt Primo siquidē
graduviz ad dīm cuz tribularer.
seculi designat loīorē. Post quē
ad vtilitū oīm studia festinat.
nicola. Secdo graduviz Leua
ui. cōcipit quedā fi
ducia habēdi cum diuino auxilio
de seculi molestijs ac inimici tem
ptationibus triumphum.
Cass. In tercō graduviz. Leta
tus sū. magnū gaudiuz
esse dicitur in eccā dñi. pura men
te cōseruata oseruari. Quarto gra
duviz Ad te leuaui oculos meos.
dcet inter quascuq angustias cō
stanter de dño p̄sumendu. donec
miseratus exaudiat. Quinto gra
du. s. Nisi quia dominus erat in no
bis. monet vt liberati a periculis.
non nobis aliquid. sed omnia di
uine gratie applicemus.
Nico. Sexto gradu videliz
Qui cōfidunt. dicitur
q̄ sedatis iam passionibus p no
strum exercitium virtutis. fidelis
christianus confidat de stabilita
te ac pseuerantia in bono cum ad
iutorio dei. **Cassio.** In. vij. gra
duv idelicet
In conuertendo. dicitur q̄ copio
sos fructus diuine cōsolacōnis a
retributionis metent in lacrimis
seminan tes **nico.** Octauo gradu
. videlicet nisi do
minus edificauerit. dīvt pfectio
nem in qua fidelis xpianus cum
dei adiutorio iam pficit ad alios
deriuet p primi edificacōem. in q̄
scit se michil posse agere sine dei au
xilio speciali. **Cassio** dī. Nono
gduviz Bti oes q̄ timēt. pnūciat
timore dñi homo btūs fieri. et vni

uersa illi pfutura cõcedi. de cim⁹ gradus viz Sepe expugnauerunt me. infundit sapientiam deuotis.

nico. Vt prepe tribulacõnez iminentẽ a bonis opib⁹ ñ desistant (Cassiodor⁹ Vnde cimo gradu viz de profũdis. pẽ tentes de ymo viciorũ damãt ad dñm vt in liberãdis bonibus q̃nta diuinitatis sit potentia sentiatur.

Nico Et q̃a ex pfectõne habi ta de facili isurgit aliq̃s mot⁹ saltez leuis proprie elacõis dyabolo instigãte qui insidiat bonis mib⁹ pfectis. Jdõ sequitur xiij. gradus viz. Domine nõ est exaltatum cor meũ. in quo virt⁹ mãsuetudis a humilitatis oñditur. Terti⁹ deci⁹ gradus viz. Memẽto dñe dauid quo sãcte incarnacõis fit promissio

Cassi. bortat vt hõ q̃cq̃d est p voluntũ diuinis obsequis (Nico. xiiij. gradu. viz Ecce q̃ bonum. Jllas spualis adunacõ de qua actuũ. iiij. dicit. multitudis credentiũ erat cor vnũ a aña una. fratrib⁹ p̃dicatur fup quos bñdictõ dñi a ekia vita puenire monstratur. xv. gradus viz. Ecce nũc bñdicite dño monet q̃ hõ ex pfectõne caritatis quantũ possibile est obliuiscat hui⁹ seculi a occupetur i diuinis laudib⁹ q̃si mẽte habitans in celis. quapter. nos p̃fatos grad⁹ iugit inspicientes mortiferos scl'i vitem⁹ errores quatin⁹ p̃mijs ekie benedictionis donari mereamur. Per dominum nostrum ihesũ xp̃m cui cũ patre a spũ sãcto e honor a gl'a in ss. Amẽ

psalm⁹ cxxxiij

Laudate no mẽ. Titul⁹ all'ar. Cassi odorus post graduali pulcherrimã constructõnem que vsq̃ ad illam caritatem que deus est peruenit. que securos a felices mentem efficit. Cõgrue mimis po mitur. Alleluia. vt laudib⁹ domꝰ sancta perfruatur ecclesia. cui tale munus noscitur esse preparatuz Post predictos itaq̃ psal. gradu um quib⁹ ad omnium virtutum cul mẽ diuina miseracõne propheta consœndit in domo dñi stantes al loquitur dicens

Laudate nomẽ dñi. Nicolaus Jpsum laudib⁹ extollẽ do. laudate serui dominũ. q̃ pecca tor⁹ famuli eẽ desiuistis. Qui sta tis in domo domini. **au.** Illi enim m ecclã re: qui in mandatis ei⁹ perseuerãt qui in fide non ficta a spe certa vel firma a caitate sincera seruiunt & honorant ecclesiam eius. a non dant offensionem male viuendi eis qui venire volunt ad eam Seq̃ tur. in atrijs domus dei nostri.

cassio Atrium dicitur amplis sime domus primus in gressus. vbi habitãtes sibi prop ter frigus focos facere noscebant Vñ a nebulosis globis atri fumi apellata atria quasi atra trahit an tiquitas. Et quia nullius sermova cat qui nõ aliquod misteriũ conti nere iudicatur, et illos dicit etiam

dñm laudare qm in primo in greſſu eccleſie vtpote laici ſtare conſueſcunt. Laudate dñm qm bonus dñs. Eſſentialiter alios bonos facies.

Aug Ineſtimabili dulcedine teneor cū audio bonus dominus.

Nico Ipſe ē enim infinite bonitatis: propter qđ eſt ſūme laudabilis. Ideo dicitur. Pſallite nomini eius. qđ ihesus dicit̄ & ſaluator. qm ſuaue ē. Vñ Bernardus ait Ihesus ē mel in ore et melos in aure ac ubilus in corde. Qm iacob elegit ſibi dñs: iſrl in poſſeſſionē ſibi. Per iacob intelligunt actiui cōtra vicia luctantes. Per iſrahel cōtemplatiui deum mente videntes. ex q̄bus eccā cōſtituit. quos. qz dñs gratis elegit laudabilis predicatur.

Hugo Et q̄ ſi q̄s q̄reret a pphēta quō ſcis qz dñs elegerit ſibi iacob et iſrahel in poſſeſſionem. Rñdet dicens. Quia ego. ſp ū pphetico. cognoui. noticia fidei a pphētie ac experientie. qz magn⁹ eſt dñs. & īmēſus potentia. ſapia. mia a natura. Vñ potuit ſciuit & voluit h° facere. a deo noſter p omnib⁹ dñs. id ē potentior ſapiētior & benignior.

Nico Dicit̄ enī dñi participatiue ageli a ſcā. q̄bus p̄eſt ipſe deus tanq̄ dñs miniſtris. Jō ſubdit. Omnia q̄cunq voluit dñs fecit in celo. alios angelos ibi ſtabiliendo. et alios pter ſuperbiaz ſuam deijciendo. a in tra. alios boies p grām ſuā vocādo. et alios iuſto dei iudicio licet nob occulto dimittendo. in mari et in omnib⁹ abiſſis. aliqs tpe tēpeſtatis mirabilit̄ ſanādo. aliis pcipitantib⁹ pter vētum flatus educens nubes ab extremo terre. a mari oceano a quo vt plurimū eleuant̄ vapores humidi. ex quibus nubes gnant̄. Eſt āt iſte oceanus termin⁹ terre habitabilis. fulgura in pluuiaz fecit. q̄ frequent̄ in dictis nubib⁹ generant̄ tonitrua a inde pcedūt choruſcationes a fulgura. q̄ emittuntur p hoc q̄ nubes in pluuiā reſolununtur. Qui pducit vētos de theſauris ſuis. & de locis hominib⁹ occultis.

Aug Quia em flat vētus. ſentis qua cā flat vel de quo rōis theſauro reductus ſit. neſcis. Debes inde deo pietatē credēdi. qz ventus nō flaret niſi iuſſiſſ; ille q̄ fecit. niſi pduxiſſ; ille q̄ creauit. Videm⁹ ergo hec in creatura iſta. laudam⁹ miramur. et benedicamus deum.

Hug Sed quia hec ſequentia plana ſunt ab ītāz. Ideo ſpiritualiter exponuntur h° modo. educens nubes & predicatores. quia pluunt doctrinis. tonant minis. et miracul choruſcāt. Hos educit. ab extremo terre.

Nicolaus ſcilicet bedam ab anglia. ſanctos dominicum et anthoniu; ab hiſpania: et ſic de pluribus aliis a finib⁹ terre oriundis. fulgura in pluuiam fecit.

Glo id eſt minas de futuro iudicio ad miam. Predicatores nanq; et terrent eternia ſupplicia comminando; et mulcent promittendo eterna

gaudia Nicolaús Qui p duc
ventos de thesauris suis ⁊ ipulsus
ad bonum ex occultis sue dei tatis
q̃ p cussit primo geita egypti ⁊ vi
cia peccaꝝ videlicet supbiã ⁊ aua
riciam. vñ ecclesi. x. dicitur Initiũ
oĩs peccati supbia. ⁊ vãd chri.
vi. Radix ommiũ malorũ est cupi
ditas. Per predicacõem igitur sã
ctorum dñs p cussit hec vicia ab
hoie vsq; ad pecus ⁊ a maioe vsq;
ad mimmũ. vel a docto vsq; ad in
doctum. Quõ autem hmõi pctã de
struxit: osequent declarat dicens.
Misit signa ⁊ prodigia ⁊ mira
cula quib⁹ p dicacões sanctorum
cõfirmabantur In medio tui egypt
⁊ videlicet in medio mũdi vel pa
lam ⁊ manifeste In pharaonez ⁊ in
omnes seruos eius ⁊ cõtra demo
nes ⁊ ministros ei⁹ Qui p cussit
gẽtes multas: ⁊ occidit reges for
tes ipsos ad fidẽ cõuertendo. Per
talem modum loquendi dictũ fuit
btõ petro de cõuersione cornelij et
amicorum eius. actu. x. Surge pe
tre ⁊ occide Hugo Leon re
et cetera gẽ amorre
orũ: ⁊ og regez basan Dos moy
ses occidit vt haberur numeri xxi.
a possedit regna eorum cui phibe
rent filios israhel transire per fi
nes suos ⁊ omnia regna chanaã
vbi dñs occidit p iosue a filios
israhel. xxxi. reges vt habetur io
sue. xiij. Tipica mistpretacõne seõ
idem sonat quod temptacõ oculo
rum. a fignificat luxuriam vel spi
ritũ luxurie. q̃ est rex amorreorum
⁊ amaricantium. quoniaz luxurio
si post peccatũ pnitẽt ⁊ amaritu
dine torquentur: luxuria enim futu
ra cruciat. presens non saciat. pre
terita non delectat sed magis affli
git. vt dicit boecius. Og interpretat
congregans vel congregacio. a sig
nificat auariciam vel spiritũ aua
ricie. qui dicitur rex basan ⁊ ofusi
onis que datur auaris Juxta il
lud. Obprobrium habundantib⁹
Chanaã dicitur possidens. a figni
ficat supbiaz. que vult omnia pos
sidere idẽ suppeditare. Dos reges
occidit dominus in cruce videlicet
spiritum luxurie. dolorum amaritu
dine. spũ auaricie. sua pauptate
a nuditate: atq; spiritus supbie ca
pitis indinacione a nimia humili
acio ne Nicol. Postq̃ dominꝰ
atq; subuertit: nos p cognicõnez
suam in hereditatem ppetuam asci
uit ⁊ vocauit Vnde subditur Et
dedit terram eoruz hereditatẽ. hẽ
ditatẽ israhel populo suo

Cassio. Versus iste declarat
dubẽ suscipi: ꝟ spiritali exposicõne
tenuri. Nã terra promissionis israheli
co ppio nõ est hẽditas data: qz eã
suis offensionib⁹ amiserunt. Sz ꝟ il
loz p figuracõe terra promissionis pro
pe dat̃ fine dubio xpianis: quã etiã
na pace custodiãt Hugo Ter
ra ista ẽ celestis patria i q̃ demones
creati fuerũt. quã p sua supbia pe
diderunt. Hãc deus demonib⁹ eie c
tis dedit fideli populo suo xpiano i
ppetuum possidendã: propter qđ
dicitur hereditas Vnde ecclesiast.

xi. Sedes suplor ducũ dñs cũtis: et fecit mites sedere p eis. Propt qđ demones cõcitant inundia contra fidles: qui eor possident here ditatẽ. Pro hjs ãt factis sequitur exultatio: et laus ũstor cũ dicit. Domine q malos eiecisti: a p eis posuisti tonos nomen tuum in eter

Nico. fit laudabile a nob nũ quia memoriale tuum et memoria beneficior tuor remaneat in generacõe a generatione et in gnationibus sibi succedentib9 sicut videm9 impletũ Cãm tante laudis subiugit. Quia iudicabit qui dicat. Jõ laudabilis est qz iudicabit dñs pplm suũ iudicio approbacõis. separãdo tonos a malis in iudicio futuro. Et in seruis suis deprecabitur.

Col. Orant deus tom a malis: ad vitam eternã nõ exaudit deus nisi tonos. Bñ g dicitur. et in seruis suis deprecabit. qz ad eor preces q in eius seruicio perseuerant inclinat vt eos ad eternã salutez exaudiat. Trãslacio rõna hz. et in seruis suis osolabitur.

Cal. Vtiq dũ illis pmia pmis sa restituet: q hic exprtz nomen eius laboriosa cõtencõe vexati sunt. de q̃bus scriptuz ẽ. Bti qui lugent: qm ipsi osolabunt. Post qz se laudib9 dñi exprta sufficiẽter expleuit: cõuertit ad errorẽ gentium destruendum dicens.

Nico. Simulachra gẽtiũ fuple sũt argentũ et auru quantũ ad matriã. a sunt opa manuũ hoim quantuz ad formã artificis factã. Os hñt similitudinarie et nõ loquent. oculos hñt a nõ videbũt. Aures habent a nõ audiẽt: neqz em ẽ spũs in ore ipsor. Et id ex quo nõ habẽt spm: nõ pñt habere opa vite que mediantib9 spiritib9 exercent. vt dr in libro de dra spiritus a aie.

Cassio. deridet pphta simulachra gentiũ ne aurea signa deos q argẽtreos colant. qz deus ipsor iteger michil pdest eis. sed cõfractus valet ad aliq̃d si ex eo pecunia cõficiat. Intẽde ãt q in istis verbis et in. cxiij. ps habunde gentiuz simulachra derisa sũt. vt qs prima admonitio nõ correxisset: repetita denuo verecundia cõmoneret.

Col. Moralis expositio. hor verbuũ in dicto cxiij. ps descripta ẽ sequit post derisam gẽtiliũ vanitatẽ digna sma cum dr. Similes illis fiãt qui faciunt

Nico. viz artifices. qz ea carent vita spũali fide ydola carent vita sensibili. Et oms q confidũt in eis. scilicet ydolor cultores. qz confidũt in michilũ. sicut et ydolũ michil ẽ. sic dicitur. ad ebreos. xiij.

Hugo Domus. i. familia vel cõgregatio Israel. i. xpiano fidelium q deũ oculis mẽtis per fidẽ nõ videam aspicitis. Bñdicite dño. deũ laudando vite a lingua. domus aaron. viz vos pclati. Bñdicite dño. ipm digne laudando. Domꝰ leui. vos videlicet ministri eccle. Benedicite dño. Benedicõe laudis. et vos qui timetis dñm. i. q domino in

qualibz cōuersacōe suis tēnebi
cte dño debita gratiarum actōne.
Augustꝰ Et nos oēs vna vo
ce dicamus bñdictꝰ dñs ex syon.

Cassi idest ab ecclesiā militā
te quā ipse dñs xp̄s sua
scā mea tm acōe visitauit·qui nunc
habitat Nico p̄ in eccā triū
i ihrl'm phāte in qua
habitare dicit eo q̄ ibi magis ē lu
cet gl'a sua q̄ sācti ex quib⁹ cōstrui
tur ihrl'm illa celestis ecclia felici
tate speculantur · Mirabilis psal.
ad deuotissimos populos istruen
dos·Nichil enim post tanta bnefi
cia reddere possumus nisi vt sicut i
pncipio hꝰ psal. dcm̄ est dñm no
strum trina cōfessione laudemus
Benedicamꝰ patrem a filiū cū san
cto spū vnū atq; oipotētem deum
vt·sicut non est in illa natura dis
tancia ita non sit in ipa laude diu
sitas·Hec est reuera laus q̄ nos re
ficit·hoc pabulū quo aīa deuota
sagīatur in qua tm̄ reficimur vt
nulla delectacio similis esse videat
Ipsum itaq; mō bñdicamꝰ vt cuz
ietrnū cū angelis laudare mereā
mur cui est honor a gloria in secu
la seculorum Amen

psalmus Cxxxv

Confitemini domino quo · Titulus
alia Hugo Iste
psal. totus est de laudibus dei vbi
multa laudabilia dicūt : ꝫ maxie
hic misericordia dei cōmēdat. Vn
cū diuisa sint inicia a finib⁹ suis: tñ finis
evnꝰ omnium·q; q̄quid ꝫ dicit·ad
miam dei refert p quā subsistunt
oīa opa eius que hic recitantur

cassio Merito q̄ sepiꝰ ipa mi
sericordia repetitur q̄
oīa in nobis indulgētissimis mune
ribꝰ opat·Nā si cām tāti secreti dis
cutias·demētia dñi est omne qđ
viuimꝰ. mia q; valemꝰ. Rua p̄t
nec ab oē nostro·nec a corde debz
diuidi·q̄tinꝰ a ipa dignet iugi tu
itōe suare · Per totū psal·p̄ ba
loq̄t·p̄ma emz pte magnificentia
dñi exponit vt totꝰ orbis cōdigne de
claretur cum dicitur

Confitemini dño ⌊ cōfessione
laudis·Sepe dixiꝰ ad laudes
dñi a ad deplorāda pcā coit pti
nē:hic āt nō vnū ex duobꝰ ꝫ vtrū
q; accipiēdū est·Docet ei btōs vi
ros laudes dñi iugit dicē: a p̄teita
pcā deflē. Sic ei iustos itelligimꝰ.
si nūsi a malo illa dāpnēt q̄ aliq̄n
mala gesserūt. Sic ap'lus paulꝰ de
p̄teritis mal' dicit. Nō sū dignꝰ vo
cari ap'lus: q; p̄secutꝰ sū eccām dei.
Seq̄t Hugo ⌊qm̄ bonꝰ⌋ effec
tiue: q; ab ipō fluit oē bonū⌊qm̄ in
ietnū mia eiꝰ⌋ Licz missis iustis
vitā etnā: im̄qs
āt in cōbustionē etnaz nō sint dem
ceps futuri quoz adhuc misereā
turꝰ·recte tū intelligi pōt metet
nū futura mia eiꝰ. quam suis fi de
libus largitur·nō q; metnū mise
ri erūt·a iō metnū mia eiꝰ indige
būt:ꝫ q; ipa beatitudo quā misericor
diter miseris p̄stat vt esse mise
ri desinant et beati esse incipiant
nō habebit finem · Ideo meternuz

miseri cordia eius. Qz em iusti eri mus ex im̃qs. sani ex infirmis. vi ui ex mortuis. immoles ex mortali bus. a bū ex miseris. ei⁹ mia est q̃ hic pdā donat: et in futuro sine fi ne coronat. Dic dat grāz: ibi glaz

nico Nota q̃ hec clausula. qm̃ meternū mia ei⁹ xxvi. vi cib⁹ ponit in hoc ps̃. eo q̃ sic tabi salomon dicit. a principio mūdi vsq; ad dationez legis in mōte sy nai fuerūt. xxvi. gnacões in q̃bus mūdus fuit sustētatus sola ōna miseracōe. Iste āt. xxvi. gnacões sic colliguntr ex scripturā. Nā gene .v. hēt q̃ adā genuit seth. q̃ seth genuit enos. q̃ cay nam. q̃ malale el. q̃ iareth. q̃ enoch. q̃ mathusa lem. q̃ lamech. q̃ noe. q̃ sem. Item habet genes. xi. q̃ sem genuit ar faxat. q̃ sale. q̃ hebr. q̃ phalech. q̃ ragau. q̃ seruch. q̃ nachor. q̃ tha re. q̃ abrahā. q̃ ysaac Item genesis xxi. ysaac genuit iacob. genesis. xxv. iacob genuit leui. et genesis xxix. Leui genuit caath. exo. vi. ca ath genuit amrā. q̃ mopsen. q̃ ger son. exo. ij. Et in hac gnacōne fuit data lex Sequit Confitemini dño dño rum & angelorum & hoim iustorum qui dicunt dñi principatie vel adop tione iuxta illud Nat Ego dixi dñi estis Confitemini dño dñorum & xpō dño principum fre. iuxta illud apōl & princeps regum terre.

Cassi. Sicut in p̃dictis tribus versib⁹ xp̃o positū est. Cōfitemini: ita a p oēs versus q̃ vari ant vsq; in finē. confitemi ni subaudiendū est.

nico Qui facit mirabilia magna solus & potis nature virtutē excedētia.

Hugo Qui fēc celos & viz etherēū. sydereū. cri stallinū. a empireū. in intellectu & in sapia sua. Iuxta illud. Omnia in sapientia fecisti.

nicola. Qui fir mauit & ram super aq̃s & iuxta aq̃s scdm coēm modū loquēdi q̃ dr. Talis ci uitas ē sup mare. a talis sup seca nā. Qui fecit luminaria magna & q̃ āt sūt illa sequent dcarat. di.

Hugo Solē in ptātem diei & vt eēt lux illuminans die. Lunaz & stellas in ptātem no ctis & ad illuminandum noctem.

Aug⁹ subaudi dñm oia hec in sapia sua fecisse. sic de celis predictum est.

nico Postq̃ dixit q̃ solus deus fecit. consequenter incipit di cere q̃ p angelos vel hoies fecerit. Vñ seq̃tur Qui percussit egiptū & mirabilis plagis cū p̃mogenitis co rum & Ista fuit decima plagavt habe tur

Cas. Et q̃ hec iux̃ hystoriā exo. nota sūt. Videam⁹ q̃d hic spiritalit magis possit intelligi Percussit em egipti p̃mitia q̃n se cuti isti⁹ dāpnauit gloriaz q̃ puta bat eē p̃cipua. Nā luxus. superbia. auaricia q̃i p̃mogenita sūt mūdi Ipa em p̃mo gnat pessi⁹ vent. a illud caros filios āplectit dū rerum istaz cupiditate ḡtulat. Hec dñs percussit q̃n a regulis sue ōnitatis exdu

Hugo Nā luxuriā percussit. sit. cogitate laudā do mūdicā custodiē do a ieiunādo

Superbiã p cussit regnũ respuẽdo. pe
des discipl'oũ lauãdo ac humilitatẽ
docẽdo. Auariciã pcussit ih°. mũdo
mil possidẽdo. a oĩa h9 scl'i relinq're
osulẽdo. Qui eduxit isrl' de medio
eo rũ. Cassat de medio egipti edu
cit isrl'. qñ scos suos
a cõuersacõe pessimoũ liberãt. a a
mũdi isti9 habitacõe tetrima. in lu
cẽ fue veritatis adducẽ. Hoc ãt facit
li manu poteti. vi actõne fortissi
ma. a i brachio excelso. vi singu
lai sua oĩpotẽtia. Qui diuisit mare
rubr' in diuisiones. Hugo nõ
q aq illi9 mais sit rubea. ꝫ q litto
ra ei9 rubea sũt. Jdo sbdit. mare ru
brũ in diuisiones. Et hoc dixerũt ali
q q mare rubeũ fuit diuisũ in xij lo
cis ita q qlz trib9 huit viã p se dis
tinctã ab alijs cassat ido ꝫ in pl'i nu
mero positũ ẽ. in
diuisiones. ne putare9 mare rubr'
vno itinẽ fuisse trãsmissuz Col
lector Hoc tñ iprobat Nicola9
de lira exodi. xiiij. a addit q hic di
uisiões in pl'i dicũt. eo q aq erant
eis p muro a dextris a a sinistris.
Hu Spualiter vo mare rubruz
figmificat presens scl'm vt
dicit glosa eo q ẽ plenuz amaritu
dine a miseriis mltis. Hoc diuisit
de9 i diuisiões. q facit fideles suos
trãsire de mũdo ad celũ diuersis ac
variis modis Quidam em in diuersis
saluant qdã in vidualitate: qdã in ꝰgi
mitate. qdã i religione: qdã in pla
cõe: qdã i subiectõe cassat Alii p elemosi
nas. alii p assi
duã supplicacõnẽ. alii p excellẽtissi
mã caritatẽ. Sicq mltis diuisiom
bus p huius scl'i mare transiit ad
dom nũ Hu. Vnde de aug9. legit in
libro cõfessionũ q cõ
ferebat cuz socijs suis qs eet apt9
modus viuendi hoĩ sic affectio vt
ipe Aug9 erat ad ambulãdum in
via dei. i qua alius sic. ali9 sic ibat
Et deduxit isrl' vel. v populuz
cristianum. p medium ei9. diuer
sis modis vt predictũ est. Et p
cussit pharaonẽ a virtutez. i. deist
exercitum. eius in mari rubro.
Jero Si isrl' i. deist veri chri
stiani in quibus dol9 nõ
est fumus. deus pugnat pro nob
a nos tacebim9 a prosternet dy
abolũ cum satellitibus suis ne no
bis nocere valeant cassio. Qui tradu
xit populũ
lum suum. videlicet christianum
p desertum. quãdo p hoc seculuz
transire facit illesum. Jn quo terre
mis inhesit ad premia dina non
puenit. Desertus ido dicitur mũ
dus. quia dei electione priuatus ẽ
Soli. n. euadunt qui mundi isti9
mala pertranseũt. Qui percussit
reges magnos Hugo Ab litte
ra illa a quelibet gens habebat re
gem suum quos percussit domin9
per iudeos. vnde subdit. a occidit
reges fortes. scilicet chananeum
ethæum pherezeum. gergeseum.
amorreum. iebuzeum. Per hos
septem reges figmificantur septez
vicia capitali a que a nobis repel
lit dominus a occidit. quãdo nos
ad mãdata sua morum sanctitate
pduxerit. Omnes isti reges origine

rit ⁊ ões isti reges origiñ ducũt ex duobus .s. ex corrupcõne carnis ⁊ suggestione dyaboli. Has duas radices peccatoꝝ oportet extirpare: qui vult plene pcãvitaẽ. Et hoc fecit dñs Sequitur Seon regem amorreorũ ꝓcussit ⁊ occidit ⁊ filiter Og regem basan ꝙ dicitur numeri .xxi. Seon interpretat ḡmẽ inutile. ⁊ figit carnis cõcupiscentiã. q̃ est fons interior oĩs mali. Vñ sup illud ad rõ. viij. cõcupiscentiam nesciebam. glosa dicit. Bona est lex que dum cõcupiscentiã phibet oĩa mala phibet Hec dicit regna ꝛe sup amorreos ⁊ super pcõres a maritudie prauẽ cõscientie infectos Og interpꝛtat cõacernãs. basan cõfusio. hic est dyaboli rex ⁊ cõacernator cõfusionis. quez dñs pcussit eius temptacões i deserto p scripturaꝫ responsionez repellens. vt hẽt Mat. iiij. sed occidit eũ i cruce alligãs ibi fortẽ Et dedit terraꝫ eoꝝ ꝙ terram viuentiũ ex qua eiectꝰ est dyabolꝰ ⁊ socij eiꝰ. hanc dedit populo cristiano in hereditatem Vnde subditur in hereditatem israel suo suo ꝙ populo xpiano suũ. Et dꝰ per israel qđ interpretat vir videns deum significat. qui ipe solus inter omnes pl̃os deum videt oculo vẽ fidei. Via ãt q̃ itur ad hanc hereditatẽ. est humilitas vnde sequitur.

Nico Via i humilitate nostra memor fuit nostri Sicut enim demones inde ceciderũt p superbiã: sic fideles illuc ascenderũt per humilitatem ⁊ redemit nos ꝙ sanguine suo ab inimicis nr̃is. Cass.

Si ab hystoriã attendas. nullum premiuz egipciꝰ debit qñ hebreos de manibꝰ eoruz liberare dignatus est. ⁊ qa in ptate dyaboli vel p ministros eiꝰ tenebamur obnoxij ⁊ obligati vel rei. tunc seipm immolã do magnũ preciuz debit vt nos ab eis redderet absolutos Nico. Deinde pmia remuneratio ad laudẽ dei ex beneficio collato oĩ viuenti vita sensibili cui dicitur Qui dat escã omni carni

Cassio Hoc non tm de bobus voluit intelligi ⁊ etiaz q̃cq̃d natat, q̃cquid volat quidq̃d repit vl̃ graditur. qm̃ vniuersa eiꝰ largitate saciant Nam sicut creator est omniũ ita ⁊ pastor animãtiuz. pbat esse cuctorum. Spiritalia etiã omnia pascit incorporeo cibo sue misericordie

hugo Confitemini deo celi ipsum laudãdo non q̃ alius sit deus celi ⁊ alius sit deꝰ terre ⁊ quia in celo magis relucet potentia. sapientia ⁊ bonitas eiꝰ vbi a sãctis clare videtur Confitemini domino dominoꝝ sicut a laude dei incepit ⁊ in laudem dei finiuit. quia ipse qui laudatur est alpha ⁊ o idẽ principium ⁊ finis. ⁊ ideo debet laudari in principio ⁊ fine. qz vtriq̃ est ab ipso sicut apostolꝰ ad philipp. ij. dicit Deus est qui dat velle ⁊ pficere pro sua bona voluntate

Casii Mirabilis psalmus ẽ in immia virtute profundꝰ quia vt stellis micãtibus misericordia domini vbiq̃ cognoscitur esse radiatus **Hugo** Cuius enim virtutis sit atq̃ potẽtie i. ij. paliꝑ. v.

ostendit. vbi legitur q̄ cuz filij
israhel dñm laudātes: de cātassent
Confitemini dño quoniaz bonus:
